DAVID. GEORGII STRVBEN, JCti
CONSILIAR. AVL. ET CONSISTOR.

TRACTATIO
DE
STATVVM PROVINCIALIVM
ORIGINE ET PRAECIPVIS JVRIBVS.

Von

Landſtänden.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

ANNO M DCC XXXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATIO

DE

STATVVM PROVINCIALIVM ORIGINE ET PRÆCIPVIS JVRIBVS.

§. 1. *Ab antiquiſſimis temporibus in ſingulis provinciis Germaniæ Statuum conſenſus vel conſilium rogatum eſt, ubi graviora negotia diſcuſſa fuerunt.*

Id factum in Bavaria.

§. 2. *In Suevia, Saxonia, Thuringia, Lotharingia, Burgundia, Friſia, & Slavicis terris.*

§. 3. *Sciſſis magnis Ducatibus idem obtinuit in territoriis inde ortis.*

§. 4. *Hodie non eadem eſt autoritas Statuum provincialium in omnibusregionibus.*

§. 5. *In plerisque ſine eorum conſenſu haud indicuntur collectæ.*

§. 6. *Tenentur tamen exhibere tributa ex decreto Imperii ſolvenda.*

§. 7. *Item quæ præſtanda ad ſuſtentationem Cameræ Imperialis.*

§. 8. *Vt & ad fortalitia neceſſaria ſervanda.*

§. 9. *Non autem ſemper, quæ Dominus territorii pro defenſione regionis exigit.*

Subjacet Cæſareæ deciſioni quæſtio, an ejusmodi ſumtus ſint neceſſarii?

§. 10. *Impenſæ Legationum Imperii ex ærario provinciali ſuppeditandæ.*

§. 11. *An Principis filiæ ex eo dotandæ, & filiis poſtgenitis præbenda apanagia?*

§. 12. *Sumtus Imperii reliquos non, niſi excuſſo domanio, ſubditi erogare debent.*

Demonſtrata neceſſitate publica, Status conſenſum in collectas denegare nequeunt.

Digitized by Google

Non autem tenentur quæcunque onera regiminis olim ignorata ſuſcipere.

§. 13. *Diſpoſitio ſuper ærario provinciali eſt conjunctim penes Principem & Status.*

§. 14. *Quo fundamento nitantur leges Imperii onera aliqua contra obſervantiam in ſubditos devolventes?*

§. 15. *De Jure Statuum provincialium circa leges ferendas.*

§. 16. *Item circa bella & fœdera.*

§. 17. 18. *Ut & circa alienationem ditionum & bonorum Cameralium.*

§. 19. *Atque circa ſucceſſionem in territoria.*

§. 20. *Et circa Religionem.*

§. 21. *Incumbit illis, gravamina ſubditorum ad Principem deferre.*

§. 22. *An facta Domini territorialis accedente eorum conſenſu ſucceſſorem obligent?*

De facultate Statuum circa matrimonia & tutelam Principum, appellandi jus & munerum collationem.

§. 23. *Num derogent eorum jura plenitudini poteſtatis Principum?*

§. 24. *An poſſint agere conventus invito Domino territorii?*

§. 25. *Quinam ad comitia provincialia vocari ſoleant?*

§. 26. *Quando ſtandum in iis votorum pluralitati?*

§. 27. *Ubi Statuum vota ſunt paria, nihil agitur.*

Nec tenetur Princeps ſemper probare concluſa Ordinum.

§ I.

Satis expeditum eſt, ab antiquiſſimis temporibus magnam fuiſſe Statuum autoritatem in Germania, atque in gravioribus negotiis illorum conſenſu indiguiſſe imperantes, vel ſaltem cum iis cepiſſe conſilia de ſalute reipublicæ. Non ſolum conſultabantur in Comitiis univerſalibus imperii ordines, ſed etiam ſuper iis, quæ ad quamlibet provinciam pertinebant, in conventibus provincialibus Reges & Duces rogabant Statuum provincialium ſententiam & conſenſum (a). De Bavaris refert GEWOLDUS *ad Hundii Metrop. Salisburg. Tom. 2. p. 23: Sunt autem ſive Regni ſive Ducatus Bajoariæ Status, more jam inde a Taſſilone, Carolo M. ante etiam & poſt recepto, & ad noſtra usque hæc tempora derivato, tres diſtincti. Primus Clericorum* der Geiſtlichen, der Pfaffheit (*ſic habent vetuſta diplomata*) oder *Prælaten*-Stand. *Alter Nobilium* der Herren, Ritterſchaft und von Adel. *Tertius*

Tertius der Stätt u. Märckt. *Et hoc quidem prudenti conſilio, maturo judicio, utilitate quoque haud contemnenda ſic conſtitutum fuiſſe, multis rationibus probari poteſt, nec quisquam ſanæ mentis in dubium revocabit.* Statim ac Taſſilo ſuſcepit regimen, Aſthemi celebravit Comitia, in quibus adminiſtrandi leges illi proceres præſcripſerunt, teſte AVENTINO *in Annalibus Bojorum Lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 2. 3. Celebriorem conventum anno 772. Dingelofingi egit, ibique veteres Bojorum leges correxit & emendavit, univerſa conſentiente multitudine. vid. AVENTINVS *d. l. n.* 4. 5. HVND *Metrop. Saliſburg. Tom. I. p.* 228. Quin donationes hujus Principis conſenſu Statuum indiguiſſe videmus. Ipſe enim in diplomate apud HVND. *d. l. p.* 85. ait, *ſe Attoni Abbati cum conſenſu optimatum Bavarorum donare locum nuncupatum Intica.* Cum ad Ludovicum Infantem Regem Status provinciales ſuper rapacitate publicanorum querelas deferrent, res in conventu Rasvelſtadienſi examinata, & ex voto populi deciſa eſt. vid. AVENTINVS *d. l. Lib.* 4. *cap.* 21. *n.* 17. In ſeculo X. Bavari Reginoburgi conventum agentes Arnulphum Regem elegerunt. vid. AVENTINVS *d. l. c.* 22. *n.* 1. Quin & Jus Ducem eligendi illis competiiſſe ex DITMARO Merſeburgenſi patescit. Refert enim *Lib.* 4. *pag.* 352. *Henricum Henrici Bavariæ Ducis filium electione & auxilio Bavariorum patris bona* (Ducatum ſcilicet) *apud Regem obtinuiſſe.* Conf. *Vita Godehardi Epiſcopi Hildeſienſis cap.* 4. *Edit. Leibnit. p.* 493. Unde, DITMARO *pag.* 368. teſte, Rex Henricus Henrico Comiti Ducatum Bavariæ ambienti reſpondit: *Non neſcitis hæc in hac expeditione nequaquam fieri poſſe: Bavarios ab initio Ducem eligendi liberam habere poteſtatem: Non decere tam ſubito eos abjicere, ejusque conſtitutionis antiquæ jus absque conſenſu eorum frangere: ſi voluiſſet exſpectare, usque dum ipſe ad has regiones venirem, cum communi conſilio Principum eorundem ac voluntate ſibi in hoc libenter ſatisfacere.* ADELBOLDVS *in Vita Henrici S. num.* 10. *Edit. Leibnit. p.* 433. hæc Regi verba tribuit: *Legem habent, & Ducem eligendi poteſtatem ex lege tenent: hanc ne dum ego frangam, quicunque frangere tentaverit, mei inimicum habebit. In hac etiam expeditione male* (nil) *promeruerunt, ut cuilibet eos, absque eorundem electione concedam. Adhuc mecum ſub ancipiti fine militant, & ego eos nolentes culibet mortalium traderem? Exſpectet ut in Bavariam redeam: ibi ſi illum elegerint, eligo & laudo; ſi renuerint, renuo. Nec etiam exiſtimo illum*

 eſſe

eſſe tantæ inſipientiæ, ut ex meo dedecore honorem ſuum quærat amplificare. Firmat hoc magis adhuc DITMARUS *Lib.* 6. *pag.* 386. narrans: *Quocirca optimi Bavariorum Ratisbonæ regali edicto conveniunt, & quamvis Duci ſuimet ad tres annos ſe alterum non eligere, omnes ſponte jurarent, tamen ob hoc a Rege jurgati blanditiis & minis ab ejus famulatu & auxilio deducuntur, ſibique ſpecialiter aſſumuntur.* Kunegundem Henrici II. uxorem Eccleſiæ Friſingenſi quædam bona dediſſe *cum conſenſu fratris ſui Heinrici Ducis Bavariæ & Statuum provincialium* ex *Arnpeckii Chronica* refert HUNDIUS *d. l. Tom. I. pag.* 72. atque Bavaros ægre laturos, depoſito Ottone, ipſis inconſultis, Welfoni Ducatum eſſe commiſſum, metuiſſe Henricum IV. Regem ſic teſtatur LAMBERTUS *Schafnaburgenſis Edit. Piſtor. pag.* 81*: Noverat Rex haud ſatis placiturum Principibus Bajoariæ, quod hoc tum contra morem & jus, tum ipſis inconſultis factum fuiſſet, & propterea quantocius ire in Bavariam cogitabat, ut tumultum, ſi quis forte oriretur, per ſe ipſum reprimeret.* Seculo XII. Fridericum I. Imperatorem interfuiſſe Comitiis provincialibus Boicis ita narrat OTTO *Friſingenſis de Geſtis Friderici I. Lib.* 2. *cap.* 11*: Circa idem tempus menſe Septembri Principes majoresque Bajoariæ a Rege Ratiſponæ convocabantur. Sed nihil ibi de bono pacis in illa provincia propter duorum Ducum litem terminari poterat.* Eadem Sec. XIII. ſunt habita. Nimirum in charta Monaſterii Althæ inferioris apud HUND. *d. l. Tom.* 2. *pag.* 20. 21. legimus, *litem inter monaſterium & advocatos ejus Comites de Bogen Ottonem IV. Regem juſtitiæ rigore terminandam Duci Bavariæ delegaſſe; Qua commiſſione ſuſcepta, dum præfatus Dux in Civitate Ratiſpon. celebrem poſtea ageret comitiam, cauſam coram Principibus & optimatibus terræ ſolenniter innotuiſſe.* Etiam Ottonem illuſtrem regimen ſuſcipientem concilium Bojorum procerum Reginoburgum indixiſſe AVENTINUS *d. l. Lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 2. refert, & fit mentio concilii Bojorum Principum per Ottonem Ducem an. 1223. celebrati apud AVENTINUM *d. l. Lib.* 7. & HUNDIUM *d. l. p.* 300. Patet etiam ex propoſitione a Wilhelmo Duce in Comitiis provincialibus facta apud Clar. STRUVIUM im Hiſtoriſchen und Politiſchen Archiv *Part.* 4. *n.* 6. quanta horum anno 1513. fuerit autoritas.

a) Vult ECKHARTUS *Rer. Franc. Lib.* 2. §. 9. morem illum, quo ea, quæ in conventu populi generali ſtabilienda ſunt, prius in ſingulorum Ducatuum conventibus particularibus præparabantur, diu adhuc in Germania noſtra duraſſe, eundemque Polonos a nobis didiciſſe.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

De Suevis luculentum teſtimonium aſſerti noſtri perhibet EKKEHARDUS *Junior de Caſibus Monaſterii S. Galli cap.* 1. Quippe jam Sec: X. Duces Ordinum conſenſu conſtitutos *cap.* 1. *p.* 18. ita docet: *Sueviæ Principum aſſenſu ſtatuitur Alemannis Dux primus Burcardus gentis illius nobiliſſimus & virtutum dote probatiſſimus.* Et comitia provincialia ibi celebrata eſſe, ſic refert *cap.* 10. *p.* 44: *Hadwiga Sueviæ Dux colloquium publicum pro his & pro aliis regiminis cauſis Wallewillis villa edixit. Illuc quoque Epiſcopum & Abbatem venire juſſerat.* Cum omnibus Saxonum primatibus jam Carolus M. Lippiæ conventus habuit. vid. REGINO *ad Ann.* 780. 782. *pag.* 28. Talem etiam DITMARUS *Lib.* 4. *p.* 358. ita indigitat: *Interim Principes Saxoniæ, comperta Principis ſui nece immatura, ad Fraſam curtem Regiam, quam tunc Guncelinus Comes ex parte Imperatoris in beneficium tenuit, triſtes conveniunt. Giſilerus Archiepiſcopus Magdeburgenſis cum Coepiſcopis, Bernhardus Dux, Luthariis & Ekkihardus ac Gero Marchiones cum optimatibus Regni de ſtatu Reipublicæ tractantes.* IDEM *Lib.* 5. *pag.* 368. Merſeburgi ab Henrico II. comitia celebrata eſſe teſtatur, in quibus poſtquam Rex inter alia dixerat: *Legem igitur veſtram non in aliquo corrumpere, ſed vita comite malo clementer in omnibus adimplere, & veſtræ rationabili in quantum valeo ubique animum adhibere - - Bernhardus Dux accepta in manibus ſacra lancea ex parte omnium Regni curam fideliter commiſit.* Henricus V. Anno 1105. *Goslare venit, & ibi generale colloquium cum Saxoniæ Principibus habuit, qualiter Dei adjutorio & eorum omnium conſilio ſua deberet ordinare, & eccleſiam omnibus modis violatam purgare, & a ſciſſione ad unionem redintegrare.* vid. *Annales Hildesheimenſes apud Leibnitium Rer. Brunſvic. Tom. I. p.* 734. Non minor fuit Thuringorum authoritas. Ekkihardum enim *ſuper omnem Thuringiam communi totius populi electione Ducatum promeruiſſe* DITMARUS *Lib.* 5. *pag.* 366. refert. Lotharingi Germanorum Imperio juncti peculiares conventus provinciales egerunt, & ægre tulerunt, ipſis invitis Ducem conſtitutum. Inquit WITICHINDUS *Annalium Lib.* 3. *pag.* 653: *Lotharingi autem cum Regem* (Ottonem I.) *Conrado ſenſiſſent offenſum, cum jam olim ei infenſi eſſent, eo quod Ducatum ſupra eos adminiſtraret, ipſis invitis, arma contra eum ſumunt.* Ezo Palatinus Comes *in Aquisgrani palatio occupatus erat totius Lotharingiæ majorum*

collo-

colloquio. vid. *Vita Ezonis apud Leibnitium d.l. pag.* 318. Henricum II. a Lotharingis in Regem electum eſſe, DITMARVS *Lib.* 5. *pag.* 369. ita narrat: *Quo* (Aquisgrani) *in nativitate Stæ Mariæ a primatibus Luitbariorum in Regem collaudatur, & in ſedem Regiam more anteceſſorum ſuorum exaltatur & magnificatur.* IDEM *pag.* 371. ſic teſtis eſt, Comitia Lotharingica Aquisgrani eſſe habita: *His absque remotione omni peractis, Rex ad Aquasgrani iter diſpoſuit, ut ibi anniverſarium Domini & anteceſſoris ſui ſumma diligentia compleret, & Luitbarienſes unanimiter convenirent.* Et *cum Moſellenſibus omnibus Theodonis ad villam generale colloquium tenuiſſe Regem Henricum II.* ADELBOLDVS *in Vita Henrici II. num.* 19. *p.* 435. atque DITMARVS *Lib.* 5. *pag.* 371. referunt. Tale colloquium anno 1048. *cum Burgundionibus Henricus III.* habuit Soloduri, nec non anno 1052. vid. HERMANNVS CONTRACTVS *ad Ann.* 1048. 1052. Similiter Friſonum Imperantes limitata poteſtate fuerunt præditi, vid. Ubb. EMMII Tract. von Oſt-Frießland mit BRENEISENS Anmerckungen *cap.* 1. nec Slavicæ gentes jugi patientiores, ut probe notat SCHVRTZFLEISCHIVS *de Rebus Slavicis* §. 10.

§. III.

Poſtquam, magnis illis Ducatibus & provinciis in multas particulas ſciſſis, plures ſurrexerunt Principatus & Comitatus immediati, in pleriſque manſit priſtina libertas, & autoritas Statuum provincialium pactis eſt ſtabilita a). Neque enim Principes & Comites, qui jura antiquorum Ducum, quin Regum in territoriis ſuis acquiſiverunt, ampliorem poteſtatem, quam, qua illi erant præditi, ſibi potuerunt aſſerere. Intererat illorum, Ordines provinciales ſibi addictos habere, quibus repugnantibus difficulter ad potentiam, qua hodie gaudent, evaſiſſent. Recte igitur SPENERVS in der Teutſchen Staats-Rechts-Lehre, *Lib.* 2. *cap.* 13. §. 5. obſervat, pactis cum Imperatoribus & Statibus provincialibus initis Principes Germanicos ſuperioritatem territorialem debere. Inde olim fuerunt, & adhuc ſunt Ordines in pleriſque Regionibus Germaniæ. De Auſtria vid. Comes KHEVENHILLER in *Annalibus Ferdinandeis Tom.* 1. *pag.* 528. 614. 704. *Tom.* 5. *pag.* 1875. *Tom.* 9. *pag.* 80. 141. 345. 346. 361. 1276. 1282. De Styria Dn. LVDEWIG *in Reliquiis MSS. Tom.* 4. *pag.* 259. De Carin-

Digitized by Google

Carinthia & Carniola IDEM *d.l. Tom.* 1. *p.* 8. In Comitatu Tyrolenſi anno 1233. Oenoponti Comitia habita, refert HVND *d. l. pag.* 300. Anno 1397. Leopoldus Junior Dux Auſtriæ Leges ſive Statuta provincialia Comitatus Tyrolenſis ad inſtantiam Statuum reſtauravit, & anno 1404. ipſis alia privilegia ſuo & fratrum ſuorum nomine dedit. vid. HVND *d.l.p.* 302. Anno 1416. Meraniæ & Oenoponti Comitia provincialia celebrata ad reconciliandos fratres Erneſtum & Fridericum Duces Auſtriæ. vid. IDEM *d.l.p.* 303. Refert PVFENDORFIVS *Rer. Brandenburgicarum Lib.* 9. §. 78. Ordines Auſtriacarum provinciarum hereditariarum recentiori ætate inſignem annuæ pecuniæ ſummam annuiſſe ſuſtentandis munitionibus limitaneis, cum alias ſemper conventus provinciales indicti, ſi quid pecuniæ pro iſtis munitionibus quæreretur, ubi ſæpe non ſine ambitu modicum quid exſculpendum fuerit. Nunquam enim paſſa deprædicanda æquitas Auguſtiſſimæ Domus Auſtriacæ, ut potentia, qua pollet, abuteretur ad infringendam Ordinum libertatem, ſed in hunc usque diem illi gaudent eximiis juribus. vid. GVNDLINGS Discours über den jetzigen Zuſtand der Europæiſchen Staaten *Cap.* 1. *Sect.* 1. §. 20. Saltzburgi anno 1462. in Comitiis provincialibus lis inter Archiepiscopum & ſubditos eſt ſopita, vid. HVND: *d.l.pag.* 19. & arguunt Ordinum autoritatem litteræ Matthæi Archiepiſcopi apud *Eundem*, atque *Chronicon Saltzburgenſe* apud DVELLIVM *Miſcellan. Lib.* 2. *pag.* 158. 159. 160. In Suevia Status provinciales Ducatus Wurtenbergici jam antiquitus floruerunt & adhuc florent. Vid. FRANCKENBERGS Europäiſcher Herold *Tom.* 1. *pag.* 488. FABRI Staats-Cantzley *Part.* 63. *pag.* 794. De Statibus provincialibus Epiſcopatus Baſileenſis vid. die Reichs-Fama *Part.* 13. *cap.* 13. *Part.* 14. *cap.* 8. In Sec. XIV. Ordines Alſatiæ conventum egiſſe ſic narratur in *Rebus geſtis Bertholdi* apud *Urſtiſium pag.* 177: *Indictus eſt autem terminus in Benefeld Alſatiæ, ubi convenerunt Epiſcopus, Domini, Barones, & nuncii civitatum.* Antiquitatem Comitiorum provincialium Electoratus Saxonici probat WECKIVS *Chron. Dresd. Part.* 4. *Tit.* 6. *pag.* 434. Conf. *Chronicon Epiſcoporum Merſeburgenſium* apud Dn. LVDEWIG *d. l. Tom.* 4. *pag.* 409. & Comes KHEVENHILLER *d. l. Tom. II. pag.* 1250. 1251. 1256. 1663. *Tom.* 12. *p.* 1672. Hodiernam Statuum Saxonicorum autoritatem teſtatur FRANCKENBERG *d. l. p.* 289.

Humfridus Archiepiſcopus Magdeburgenſis tranſactionem iniit communi tam cleri quam militiæ conſilio & conſenſu apud Dn. LUDEWIG *d. l. Tom.* 2. *p.* 340. & Inſtrumento Pacis Weſtphal. *Art.* 11. §. 11. diſerte cautum, *quod ſalva manere debeant Ordinibus & ſubditis Archiepiſcopatus Magdeburgenſis competentia eorum jura & privilegia.* Conf. HENNIGES *in Meditationibus ad Inſtrumentum Pacis p.* 1616. Merckwürdige Reichs-Hof-Raths-Concluſa *Tom.* 3. *Concl.* 70. Dari Ordines Episcopatus Merſeburgenſis, & cum iis deliberatum in Conventibus provincialibus de Episcopatus commodo, probat *Chronicon Epiſcoporum Merſeburgenſium* apud *Dn. Ludewig d. l. p.* 373. 439. 561. Satis antiqua eſſe jura Statuum provincialium Brunſvigo-Luneburgicorum patet ex KULTZING *de Monaſterio Hilgenthal apud Leibnitium Rer. Brunſvic. Tom.* 2. *p.* 396: *Chronico Luneburgico d. l. Tom.* 3. *p.* 190. 193. KÖRNERI *Chron. d. l. p.* 202. 220. Dn. RETHMEIER Braunſchweig-Lüneburgiſchen Chronic *p.* 850. 874. 888. 1357. 1358. 1371. Dn. BILDERBECK Gründlicher Wiederlegung des Berichts von den Landes-Receſſen u. Privilegiis des Fürſtenthums Lüneburg *Sect.* 1. PFEFFINGERS Hiſtorie des Braunſchweig-Lüneburgiſchen Hauſes *Lib.* 4. *p.* 71. *Lib.* 5. *p.* 1033. 1041. 1043, & a me allatis *in Comm. de Jure villicorum Cap.* VI. atque ſupra *Obſ.* III. Ea etiam adhuc vigere, ſic teſtatur, & merito laudibus celebrat Celeberrimus TREUER in den Anmerckungen über Schrödern vom abſoluten Fürſten-Recht §. 1. *p.* 94. 95.: Das Durchl. Braunſchweig-Lüneburgiſche Hauß, welches den Ruhm eben ſo wohl, als das Ertz-Hertzogliche Oeſterreichiſche Hauß hat, daß es niemahls Tyrannen gezeuget, hat jederzeit ſeinen Ständen ihre Jura ungekräncket gelaſſen. Daher der Autor des Anti-Jacobite wieder die Torys gewieſen, das Ihro Königl. Majeſtät von Engelland ſelbſt in Ihren Teutſchen Landen ſich die hergebrachten Rechte und Gewohnheiten ſeiner Land-Stände gefallen laſſen, noch jemahls dieſelbe zu verwerffen ſich habe im geringſten mercken laſſen. Die Land-Täge und deren Abſchiede ſind in dieſen Landen zur gnüge bekandt, und wie gnädig die Landes-Herren alles bey dem alten Herkommen bewenden laſſen. Conf. Dn. BILDERBECK *d. l.* im Vorbericht, WISMANNI Diſſ. ſub LEYSERO habita *de Feudis Brunſvicenſibus & Luneburgenſibus Cap.* 2. *Sect.* 3. §. 63. De Ordinibus Hildeſienſibus ſatis dixi *Obſervat.* III. §. 15. 16. 17. 18. 19. 20. & dicam adhuc nonnulla infra *Obſervat.* VI. §. 2. Ordinum Paderbornenſium antiqua jura

in lit.

in litteras referre non oblitus eſt SCHATEN *Annalium Paderbornenſium Lib.* 13. *p.* 283. De Statibus Colonienſibus vid. Comes KHEVENHILLER *d. l. Tom.* XI. *p.* 1741. & FABRI Staats-Cantzley *Tom. VI. c.* 8. *T. VII. c.* 11. *T. XI. c.* 11. Habet confirmatio Privilegiorum, quam Regina Seciæ Chriſtina Ordinibus Bremenſibus Anno 1651. impertiit num. 11.: Daß ſich befunden, daß lange Zeit und Jahre her aus den Ständen gewiſſe Land-Räthe verordnet, mit denen auf begebende Fälle aus vorkommenden ſchwehren Sachen und Landes Anliegen communiciret worden. Varios etiam conventus provinciales illius regionis notavit MUSHARD *in Monumentis antiquæ Nobilitatis Bremenſis ac Verdenſis p.* 104. 158. 185. 186. 299. 301. 358. 378. 379. 391. 406. 423. 424. 434. 439. 451. 452. 469. 473. 500. 543. 568. De conventibus provincialibus Verdenſis Epiſcopatus vid. IDEM *p.* 87. & SPANGENBERG in der Verdiſchen Chronic *p.* 82. 169. 170. 184. 195. 196. 207. 217. 219. 228. Inprimis lene ſolet eſſe Principum Eccleſiaſticorum regimen & minime abſolutum. vid. Dn. BOEHMER *de Feudis eccleſiaſticis Cap.* 2. §. 10. Dn. STRUVIUS *in Syntagm. Juris publ. Cap.* 26. §. 49. Dn. KRESSIUS *in Disquiſitione Paroemiæ:* Unter dem krummen Stabe iſt gut wohnen *Cap.* 2. §. 5. *num.* 2. *in notis.* Comitia provincialia Haſſiaca in Sec. XIII. & XV. habita, tradit Congeries etlicher Geſchichte ſo ſich in Heſſen zugetragen *ad Ann.* 1532. & GERSTENBERGER *in Chron. Francoberg.* apud Dn. KUCHENBECKER *in Analect. Haſſ. Collect.* 1. *p.* 34. *Collect.* 5. *p.* 172. Conf. Comes KHEVENHILLER *d. l. Tom. X. pag.* 1261. Antiquiſſimi conventus gentis Holſaticæ notati *in Hiſtoria Godeſchalchi apud Leibnitium Tom.* 1. *p.* 873. & non dubitavit Adolphus Comes majores provinciæ conſulere, teſte HELMOLDO *in Chron. Slavorum Cap.* 81. Privilegia nobilitatis Holſaticæ adjunxit Dn. JARGOW der Einleitung zu der Lehre von den Regalien. Non eſt mirandum, Duces Mecklenburgicos Regum Slavicorum progeniem illimitata poteſtate nunquam fuiſſe præditos, cum ſecundum ſupra dicta Slavi abſolutiori imperio minime aſſveti fuerint, & a Saxonibus ſubjugatam regionem plures gentes militares Saxonicæ incolere coeperint. vid. *Diſſertatio mea de Origine Nobilitatis Germanicæ & præcipuis quibusdam ejus Juribus Cap.* 2. *Sect.* 1. §. 8. Quam acriter Mecklenburgici Ordines libertatem propugnarunt hactenus, & quod non fruſtra ſupremi Imperii Judicis auxilium implorarunt, ſatis

 notum

notum eſt. vid. COLLECTANEA MECKLENBVRGICA, Item: der Hiſtoriſche und Acten-mäßige Bericht von dem was ſeit 1713. biß zu der Anno 1719. ergangenen Käyſerl. Execution von den Fürſtl. Mecklenburgiſchen Miniſterio wieder die Mecklenburgiſche Ritterſchaſt und Stadt Roſtock vorgenommen worden. & Kurtzer Auszug einiger Kayſerlicher allergnädigſter Verordnungen, welche in Sachen einer Löbl. Mecklenburgiſchen Ritter-und Landſchafft nach und nach ergangen. atque die Unparteyiſche Beantwortung zweyer Fürſtl. Mecklenburg-Schweriniſcher Memorialien. Conf. Merckwürdige Reichs-Hof-Raths-Concluſa *Part. II. concl.* 215. & paſſim. FABRI Staats-Cantzley *Tom.* 32. *p.* 62. 72. 264. *Tom.* 39. *p.* 774. Dn. TREVER *in Diſſ. de Studiis imperii Romano-Germanici ruinam procurantibus Cap.* 2. §. 4. *lit. l.* Etiam in Marchia Brandenburgica olim multum valuerunt Ordines provinciales. vid. Jacob Paul GVNDLINGS Leben Friedrichs I. Churfürſten zu Brandenburg *Sect.* 2. §. 7. Pomeraniæ Ducum poteſtatem admodum reſtrictam fuiſſe, docet *Autor Juris publici Pomeraniæ*, quod Dn. LVDEWIG *in Reliquiis MSS. Tom. IX. p.* 417. exhibet. De Ordinibus Anhaltinis & controverſiis inter Principem ac urbem Serveſtam legendus eſt BECMANNVS in der Anhaltiſchen Hiſtorie *Part.* 4. *Cap.* 8. Conf. *Receſſus Imperii de* 1654. §. 171. De Oſtfriſiæ Ordinum juribus vid. BRENNEISENS Oſt-Friſiſche Hiſtorie und Landes-Verfaſſung *per tot.*, MVLLERS Juriſtiſch-Hiſtoriſche *Electa Part.* 1. *Cap.* 2. *Recueil hiſtorique d'Actes, Negotiations, Memoires & Traitez par* M. ROUSSET *Tom.* 5. *p.* 279. *ſeqv.* Anno 1328. in Comitatu Lippiæ conventus nobilium ſunt habiti. vid. MVSHARD. *d. l. p.* 118. 119. Similiter in Comitatu Hoyenſi jam Comitum temporibus Ordines viguiſſe, patet ex dictis *Obſ.* III. §. 24. 25. 26. Idem de Ravensbergico Comitatu teſtatur MEINDERS *Diſſ. de Jurisdictione colonaria in Dedic. & p.* 84. 86. Unde apparet Sam. STRYKIVM, qui *Diſſert. de Statibus provincialibus Cap.* 1. *num.* 19. tradit, Comites non habere Ordines, excepto Friſico Orientali, in manifeſto verſatum errore.

a) Falluntur, qui ſibi perſvadent, Status provinciales pleraque jura, quibus gaudent, principibus extorſiſſe, vel ea, ut privilegia gratioſa, ſoli liberalitati Dominorum territorialium debere. Probe notat LYNCKER *Vol.* 1. *Reſp.* 55. num. 121. 124. ſæpe pactis inter Principem & Subditos id conſtitui, quod jure jam debetur, & ſolide reſpondet Dn. BOEHMER *Vol.* 2. *Conſult.*

Digitized by Google

Conſult. 1. *num.* 24. 40, daß die Privilegia mittelſt welcher ſich Landes-Herren verbinden ohne der Land-Stände Conſens keine Onera auf das Land zu legen ꝛc. keinesweges etwas neues und beſonderes, ſondern ſolche Landes-Freyheiten ſind, die faſt in gantz Teutſchland nach deſſen alter angebohrner Freyheit obtiniren, und daß die alte Receſſe die Privilegia und Gerechtigkeiten der Stände, ſo ſie von Alters hergebracht, zu beſtätigen, und ſolche, damit darüber künfftighin kein Streit entſtehen mögte, ſchrifftlich zu determiniren pflegen. Conf. Dn. de LUDOLFF *Vol.I. Symphor.*1. *Conſ.* 6. *p.*156. Dn. BILDERBECK *d. l.*

§. IV.

Olim pleraque negotia publica in pleriſque regionibus fuiſſe objecta comitiorum provincialium, nullus dubito. Inquit WECKIUS in der Beſchreibung der Reſidentz Dreßden *Part.* 4. *Tom.* 6. *p.*435: Land-Tage beſtunden vor Alters nicht eben ſowol in Geld-Bewilligungen, als nöthigen Rathſchlägen, & aſſerebant Ordines Auſtriæ apud Comitem KHEVENHILLER *Annal. Ferdinand. Tom.* 10. *p.* 354, daß die Regierende Landes-Fürſten in allen hohen und wichtigen Sachen die Regierung und Wohlfahrt betreffend ſich ihrer getreuen Landſchafft Raths und Gutachtens jederzeit gebrauchet, und ohne derſelbigen nichts geordnet. Nec id diffitebatur Ferdinandus II. Imperator *d. l. p.*361. reſpondens: Daß man in allen hohen und wichtigen Sachen der Lande Regierung und Wohlfarth betreffend der getreuen Landſchafft Raths und Gutachtens ſich gebrauchen ſolle, das hältet man vor gantz löblich und billig, und daß es die Löbl. Landes Fürſten bis anhero überflüßig in Acht genommen und gethan haben. Aſt recentiori ætate, præſertim poſtquam miles perpetuus ali coepit, inſignis contigit mutatio, & non paucis in provinciis hodie rarius rogatur ſententia ordinum de rebus imperii, vel ſaltem parum curatur illorum diſſenſus, & cogitanda iis ſæpius hæc doctrina AMELOTI *ad Tacit. Annal. Lib.* 1. *Cap.* 2.: *C'eſt conſerver l'ombre & les aparences de la liberté, que d'obëir de bon gré à ceux, qui ont le pouvoir de nous y contraindre.* Unde Germanos non minus, quam Gallos ſub jugum miſſos, ſic tradit VASSOR *dans l'Hiſtoire du Regne de Louis XIII. Roi de France Tom.* 4. *lib.* 17. *p.* 238. 239.: *Ill n'y a plus que les Princes & certaines villes, qui ſoient libres au regard de l'Empereur. Le peuple ſe reſſent, autant que celui de France & des autres pais ſubjuguez, des effets terribles du pouvoir arbitraire.* Haud tamen deſunt ordines, qui adhuc ſarta tecta ſervant antiqua jura & liberta-

Digitized by Google

bertatem (a). Ergo non eadem eſt forma regiminis regionum Germaniæ. Ejus cauſa etiam hæc eſt, quod præter Leges imperii univerſales, etiam conventiones & obſervantiæ ſpeciales poteſtati Dominorum territorialium limites ponunt, hæ vero admodum variant, & ſic non poteſt non valde variare jus publicum particulare ſpecialium Germaniæ Rerumpublicarum. vid. Dn. LUDEWIG *in Conſ. Hallens. Tom. II. lib. 2. Conſ.* 103. *n.* 36. Singulas regiones percurrere, & monſtrare, quousque in qualibet pertingat Ordinum autoritas, non eſt hujus inſtituti, & labor hactenus a nullo præſtitus. Nec ſperandum, eum facile ſuſceptum iri, cum in multis Principatibus haud levem invidiam eſſet conflaturus, & qui abſolutiori Principum inviſis oculis libertatem populi cernentium imperio ſubſint, non audeant proferre in lucem Leges fundamentales regionis, quin potius illæ occultentur, &, quantum fieri poteſt, ſubmoveantur ab intelligentia hominum. Licebit tamen recenſere jura, quæ Statibus provincialibus utplurimum competere, & vel Leges Imperii, vel mores univerſales Germaniæ illis tribuere ſolent.

a) Non tantam, nec tam univerſalem eſſe Germanorum ſervitutem, ac autumat Vaſſor, patet ex Dn. ALUDOLFF *Vol.* 1. *Symph.* 1. *Conſult.* 6. *p.* 152. 157. & *Obſ. for.* 33. *p.* 93. 94. LYNCKER *Vol.* 1. *Reſp.* 55. *n.* 40. 108. & *Reſol.* 10. Dn. BOEHMER *Part. II. Reſp.* 1. *n.* 40. HORN *Claſſ.* 2. *Reſp.* 4. & 7. MUNCHMAYR *Jur. Publ. Rom. Germ. Cathol. lib.* 3. *c.* 3. *p.* 580.

§. V.

A collectarum jure merito ordior, quippe quod præſtantiſſimum eſt, & (I.) fere ubivis ſine Statuum provincialium conſenſu exerceri nequit. Id limitibus ſapienter circumſcriptum eſſe, ne aliorum ſudore parta per ambitum aut luxum profundantur, docet Sam. PUFENDORF *de Jure Nat. & Gent. Lib.* 7. *Cap.* 6. *§.* 11. Conf. CONRING *de Contributionibus §.* 32. 33. Non ſolum autem hoc Statuum jus impedit, ne ſubditi tributorum onere opprimantur, ſed optimum etiam libertatis propugnaculum eſt. Quo enim Ordines in tributa exigenda conſentiant, comiter haberi, & frequentius convocari ſolent, cum alias comitia multis imperantibus inviſa rarius indicerentur, quandoquidem in iis ſeſe Ordinum libertas præcipue exerit. Conf. Thoyras RAPIN *dans la Diſſertation*

tion ſur les Whigs & les Torys pag. 107. CLERICVS *in Parrhaſianis Tom.* 2. *Obſ.* 3. *p.* 177. Eapropter Germani libertatis cupidiſſimi nunquam permiſerunt collectandi jus Principum arbitrio, nec id hodie eſt illimitatum. Probabo hoc teſtimoniis JCtorum, qui nunquam ſunt adulati Ordines provinciales, ſed ſe acerrimos vindices jurium Principis præbuerunt. Reſpondet THOMASIVS *in Conſil. Hallenſibus Tom. II. Lib.* 1. *Conſ.* 193. *num.* 3: Es erhellet aus der Beſchaffenheit der meiſten Provintzen in Teutſchland, wo nicht abſonderlich etwas anders eingeführet worden wäre, daß ein Landes-Herr die Steuern aus unumſchränckter Landes-Herrſchafftlichen Macht nicht auszuſchreiben, noch beyzutreiben pflege, ſondern ſolches auf vorhergehende Deliberation und ungezwungene Verwilligung der ſämtlichen Landes-Stände geſchähe; & Dn. LVDEWIG *d. l. Lib.* 2. *Conſ.* 39. *num.* 126. 127. 128. 129. 130: *Qui infinitam adſerunt Statibus Imperii poteſtatem onerandi ſubditos collectis, haud dubie in Officium Imperantis & leges publicas peccant. Eo enim, quod frequentiores ad collectandum cauſæ, non ſequitur, jus Principis eſſe magis quam olim abſolutum in collectis indicendis, cum formula cujusque provinciæ ſervanda eousque, quousque mutatio non doceatur, & omnia reſtringenda in favorem & allevationem ſubditorum,* welches abſonderlich in den Teutſchen Fürſtenthümern und Landen auch deswegen ſtatt hat, weil ſelbige, der in allen Zeiten ſo beſchriebener Teutſcher Freyheit nach, den Unterthanen mehr Ruhe und Freyheit von Steuern als andere Reiche und Völcker zu laſſen pflegen, dahero wol gar ſehr zu vermuthen, daß die teutſche Rechts-Gelehrte eben dardurch ſich in Teutſchland gar ſehr in dem Steur-Weſen verirret, daß ſie dieſelbe aus dem Römiſchen Recht oder andern Gewohnheiten frembder Länder und Staaten herholen wollen, da die Steuren bey der alleinigen Willkühr des Regenten geſtanden, ohne etwas von Land-Tagen und Landes-Bewilligungen zu wiſſen. Præcedens mea Obſervatio III. hæc omnia firmat & illuſtrat.

§. VI.

In aliquas tamen collectas Ordines conſentire tenentur, & quidem (1.) in omnes eas, quæ ex decreto Imperatoris atque Ordinum Imperii ſunt ſolvendæ, die Reichs-Steuren. Hæ olim ex cameris Dominorum territorialium eroganda erant, atque tradit *Referens* apud *Klockium Votor. Camer. Rel.* 127. *num.* 23. & ipſe KLOCKIVS *de Contributionibus Cap.* 2. *num.* 118, *ex ſuis reditibus*

Status

Status ſolutionem feciſſe anno 1521. im Römer Zuge, welcher *anno* 1524. 1526. *contra Turcam* verwendet. Item *anno* 1564. im Wart-Geld, *anno* 1566. mit den 1200. Pferden und 8 Monath dreyfach *contra Turcam*. Collatum vero iis jus tales collectas a ſubditis exigendi per R. J. de 1543. §. 19. 24, 1548. §. 102, 1566. §. 41, & 1603. §. 17. 18. 19. Non autem iſto onere penitus liberata ſunt domania. Docet Receſſus Imperii Spirenſis de 1542. §. 53. 54. pro modo facultatum tam imperantes, quam ſubditos communem denarium ſolviſſe, & cautum R. J. de 1543. §. 25, daß die Obrigkeiten auch zu dieſem Chriſtlichen Werck ſich gleicher maſſen, wie die Unterthanen ſelbſt angreiffen ſollen, atque R. I. de 1544. §. 38: Es ſollen auch alle Chur-Fürſten, Fürſten, Geiſtliche und Weltliche Prälaten, Grafen, Freyen, Herren, auch Frey- und Reichs-Städte, Communen und alle andere, die Unterthanen haben, dieſe Steur und Anlagen, ſo viel derſelben ihrer Perſohnen und ihren Communen Einkommen und Güther auferlegt, allein von ſolchen ihren eigen und ihren Communen gemeinen Gülten, Renten und Einkommen reichen und geben, ihrer Unterthanen hierin gantz unbeſchweret, in Betrachtung, daß dieſelbe, ſie ſeyn Geiſt- oder Weltlich, ohne daß durchaus alle vor ſich ſelbſt, wie hiebevor bemeldt, ihre Anlag geben müſſen, damit alſo in allen Ständen Gleichheit gehalten, und niemand mehr dann der ander beſchweret werde. Equidem R.I. de 1548. §. 102. Statuum imperii jus collectandi latius extendere videtur ſtatuendo, daß eine jede ordentliche Oberkeit, wie Herkommen und recht iſt, ihre Unterthanen Geiſtliche und Weltliche, exempt und nicht exempt, gefreyet und nicht gefreyet, niemand ausgenommen, derhalben belegen möge, und die Unterthanen hierinn zu gehorſamen ſchuldig ſeyn ſollen, welche aber nicht höher noch weiter angeleget noch beſchweret werden ſollen, denn als hoch ſich eines jeden Standes Anſchlag erſtrecken. Conf. R. I. de 1555. §. 81. de 1566. §. 41. de 1603. §. 17. 18. 19. Aſt contradicunt R. I. de 1576. §. 11. & R. I. de 1582. §. 10. diſerte domaniorum immunitati, quando ſubditos ad ſolvenda tributa obligant, weil den Ständen, als die hiebevor mercklich und kündlich beſchweret, ſolche beharrliche auch in eventum eylende Hülffen aus ihren eigen Cammer-Güthern und Einkommen **allein** zu leiſten und abzurichten unerſchwinglich fallen will. Inde Duci Mecklenburgico per Reſcriptum Cæſareum anno 1679. injungebatur, was gegen die Executions-Ordnung, mittelſt eximirung der Fürſtl. Domainen (von Reichs- und Crayß-Steuren) der Geiſtlichen und Hoff-Bedienten, Klägeren gegen das Herkommen

kommen

kommen und pacta aufgebürdet worden, wiederum abzuthuen. Vid. Kurtzer Auszug einiger Kayſerlichen Allergnädigſten Verordnungen, welche in Sachen einer Löblichen Mecklenburgiſchen Ritter- und Landſchaft ertheilet worden, *Claſſ.* 2. *Tit.* 4. Pleriſque in regionibus, quantum ſcio, non minus colonis fiſcalibus, quam Cleri vel Nobilium ruſticis, collectæ imperii imponuntur. Quæ autem coloni ſolvunt, prædiorum dominis accepta eſſe ferenda, dudum dixi *in Commentatione de Jure Villicorum cap.* 6. §. 4. & gaudeo Cancellarium Oſtfriſiæ BRENNEISEN in der Oſt-Frieſiſchen Hiſtorie und Landes-Verfaſſung *Tom.* 1. *Lib.* 1. *cap.* 9. *§.* 23. *p.* 197. atque *ICtos Hallenſes Tom.* 2. *Lib.* 2. *Conſil.* 103. *n.* 18. eandem probare ſententiam. Conf. dicta *Obſ. III.* §. 20. Equidem bona, quæ ipſe Princeps per adminiſtratores & conductores ſimplices colit, die Ambts-Ländereyen, tributis iis rarius ſunt obnoxia. Aſt ea immunitate bona Cleri & nobilitatis etiam gaudere ſolent, quæ ſpecialibus pactis vel obſervantiæ innititur.

§. VII.

Eſt (2) Cameræ Imperialis ſuſtentatio injuncta ſubditis, quod onus ſolis Principibus incubuit olim. Cavet R. I. de 1654. §. 14: Und ſoll den Ständen bevorſtehen ihre Land-Stände, Bürger und Unterthanen zur Beyhülff zu ziehen. Capitulatio Leopoldina Art. 3. Joſephina Art. 3. & Carolina Art. 15. idem volunt, definientes, daß die Land-Stände zu des Cammer-Gerichts Unterhalt den Reichs-Ständen an Hand zu gehen ſchuldig, & in concluſo Statuum Imperii de 15. Dec. 1719. a S. Cæſarea Majeſtate firmato diſponitur: Zu richtiger Beybring- und Zahlung aber gedachter Cammer-Ziehler und Beſoldungen bliebe den Ständen des Reichs nach dem Reichs-Abſchied de Anno 1654. §. 14. bevor, ihre Land-Stände, Bürger und Unterthanen zur Beyhülff des Cammer-Gerichts Unterhalts zu ziehen. Vid. FABRI Staats-Cantzley *Part.* 38. *cap.* 12. *pag.* 713. *Part.* 39. *cap.* 11. *p.* 731. Nec iſto onere penitus liberati ſunt Domini territoriorum, quibus tantum permittunt Leges imperii, ſubſidium exigere a ſubditis, ſie zur Beyhülff zu ziehen, non in hos totam ſarcinam devolvere; unde conſequitur, ſi alicui pauci ſunt ſubditi, inſignia vero bona domanialia, non poſſe eum diminutionem quotæ matricularis prætendere, vid. Ill. Dn. de LUDOLFF *in Hiſtoria Suſtentationis Supremi Iudicii Cameræ Imperialis* §. 11. *Lit. f. p.* 84. Cæterum quamvis

Digitized by Google

vis jus exigendi collectas Imperii Principibus & Statibus Imperii indultum, non tamen modus collectandi in eorum arbitrio eſt poſitus, ſed in Comitiis provincialibus Ordinum conſenſu dividuntur ſubditis.

§. IIX.

Præter collectarum Imperii ſolutionem, etiam (3) fortalitiorum Principis conſervatio per R. I. de 1654. §. 180. ita ſubditis eſt impoſita: Sonderlich aber ſollen jedes Chur-Fürſten und Standes Landſaſſen, Unterthanen und Bürger zu Beſetz-und Erhaltung der einem oder andern Reichs-Stand zugehörigen nöthigen Veſtungen, Plätzen und Guarniſonen ihren Landes-Fürſten, Herrſchaften und Obern mit hülfflichem Beytrag gehorſamlich an Hand zu gehen ſchuldig ſeyn. Conf. Capitulatio Leopoldina Art. 3. Multis litibus hæc diſpoſitio anſam præbuit. Cum enim ſæpe ſit ambiguum, quibus fortalitiis Princeps indigeat, quando eorum neceſſitatem in dubium vocarunt Status provinciales, Cæſareæ deciſioni controverſia committenda fuit. Quo iſta remora tolleretur, anno 1670. in Comitiis omnem moverunt lapidem quidam Principes, ut indefinite obſtringerentur ſubditi zu Hergebung der zu allgemeinen Reichs-und Land-Defenſions-Verfaſſung auch Beſetz-und Erhaltung deren einem oder andern Reichs-Stand zugehörigen Veſtungen, Städte, Oerther, Päſſe, Plätze, Guarniſonen, Verpflegung der Völcker, und Verſchaffung anderer hierzu gehöriger Nothwendigkeit erforderten Mittel. Sed iſtis moliminibus ſe acriter opponebat Imperator, qua Archidux Auſtriæ, & alii nonnulli Principes & Status imperii, inprimis vero Duces Brunſuicenſes, qui obmovebant: Alle Stände wären nicht ejusdem conditionis & poteſtatis, ſondern vielen unter denſelben durch Capitulationes, Concordata und oftmahls titulo ſatis oneroſo erlangte privilegia, exemtiones und dergleichen ziemlich die Hände gebunden, wie dieſes die Erfahrung bezeige, und von den Publiciſten ſehr wol hergeleitet ſey: Welche von denen Unterthanen erlangte Jura ſo ſchlechterdings ihnen nicht abzuſchneiden, und daß es auch ohne violation des Inſtrumenti Pacis nicht geſchehen könne, eine univerſalem regulam zu ſetzen. Nihilominus pluralitate votorum ſuperabantur, & Electorale Collegium, ac plurima Principum pars extenſionem R. I. de 1654. §. 180. rogabant, & nolebant permittere, ut a judiciis imperii proceſſus vel inhibitiones ad preces ordinum in talibus

causis

Digitized by Google

cauſis unquam decernerentur. Aſt illi concluſo conſenſus Cæſareus per Reſolutionem d. 3. Febr. 1671. dictatam eſt denegatus, qua declaratum, daß Ihro Kayſerl. Majeſtät in obangezogenen neuen Vorſchlag und prætendirte extenſion des ſ. Und gleichwie ꝛc. ꝛc. ohne einigen Unterſcheid, und zwar ihrer der Chur-Fürſten und Stände mediat-Stände, Landſaſſen und Unterthanen habenden Behelffs gantz und zumahlen ungehöret und unvernommen, willigen, und ſo gar die Rechtshängige Proceſs in dergleichen materiis caſſiren, und ſonderlich denſelben, wenn ſie ſich über die Billigkeit beſchweret zu ſeyn erachten ſolten, noviter & ſine cognitione cauſæ an die höchſte Reichs-Gerichte entziehen ſolten, dazu könten dieſelbe in Erwegung der hiebey vorgefallenen hochwichtigen Bedencken einmahl nicht geheelen, ſondern würden, um der ſich dabey ereigneter Umſtände willen, vielmehr gemüßiget, einen jeden bey deme, weſſen er berechtiget, und wie es bis dato obſerviret worden, in alle Wege verbleiben zu laſſen. vid. **Umſtändliche Nachricht, wie und auf was Weiſe bey noch währendem Reichs-Tag unterſchiedliche Stände des Heil. Römiſchen Reichs die** *extenſion* §. 180. **Und gleichwie ꝛc. ꝛc. des Reichs-Abſchiedes von** *Anno* 1654. **in ſo viel den Beytrag der Unterthanen belanget, geſuchet, was das Werck vor einen Fortgang gehabt, und welchergeſtalt es ausgeſchlagen,** quod ſcriptum inſeruit Ill. Dn. de LUDOLFF *Symphor.* 3. *num.* 1. Conſ. *Diarium Europæum Tom.* 23. *pag.* 398. LYNCKER *de Gravamine extrajudiciali cap.* 4. §. 4. a). Manſit itaque res in priſtino ſtatu, nihilque Ordinum provincialium juribus eſt detractum. Cautum quidem Capitulatione Joſephina Art. 3. daß die Land-Stände wieder des jüngſten Reichs-Abſchiedes ausdrückliche Verordnung ſich des Beytrags, womit jedes Chur-Fürſten, Fürſten und Standes Landſaſſen und Unterthanen zu Beſetz- und Erhaltung der einen und andern Reichs-Stand zugehöriger Veſtungen, Plätze und Guarniſonen an Hand zu gehen ſchuldig ſeyn, zur Ungebühr nicht entſchlagen ſollen. Cum autem ſe referat ad R. I. noviſſimum, non videtur gravius onus ſubditis imponere, quam quod ab A. 1654. tulerunt. Id extra dubitationis aleam collocat Capitulatio Carolina Art. 15. tantum injungens ſubditis, den Unterhalt **nöthiger** Veſtungen, Plätze und Guarniſonen.

a) Intereſſe Cæſaris ſarta tecta ſervari jura Ordinum provincialium, notat Autor Tr. von der Oſt-Frieſiſchen Singularität *cap.* 8. apud BRENNEISEN *d. l. Tom.* 1. *Lib.* 1. *p.* 256.

§. IX.

Re tam expedita, mirandum, jus pro arbitrio determinandi, quæ a ſubditis ad defendendam patriam ſunt eroganda Principibus imperii nonnullos tribuere, & ſibi atque aliis perſuadere, eſſe licitam viam facti, ac adhibendam contra ſubditos, qui ad ſuprema imperii Dicaſteria provocant, & denegant collectas, ipſis ſervandæ Reipublicæ haud neceſſarias viſas. Sane dum Capitulatio Joſephina Art. 3. jubet, die Unterthanen nicht leichtlich zu hören, non penitus eos privat judicis auxilio, ſed vult tantum, ut removeantur a limine judicii, ſi liquidum jus Principis in dubium vocant. Sic mecum ſentit *Autor Meditationum ad Capitulationem Joſephinam Art.3. lit.r.p.82*, & LYNCKER *ad Capitulationem Joſephinam Art. 3. verb. Non facile audietur pag.* 17. docet, haud poſſe Cæſarem ſubditis juſta auxilia denegare, ſed ſolum modum proceſſibus poſuiſſe, & vetare, ne ad nuda narrata ob præſumtionem pro Domino militantem decernantur mandata S. C. in caſibus dubiis. Non pinguiora jura Capitulatio Carolina Principibus indulget. Urgetur quidem, iis Art. 15. permitti, ſich bey ihren hergebrachten und habenden Landes-Fürſtl. juribus ſelbſten und mit aſſiſtentz der benachbahrten Stände wieder die Unterthanen zu manuteniren, und ſie zum Gehorſam zu bringen. Sed id procul dubio ad caſum reſtringi debet, quando tam liquidum eſt Principis jus, ut ſubditi a limine judicii ſint removendi, & poſſeſſio illius nullum patitur dubium. Hoc inde apparet, quod lex non niſi von hergebrachten juribus loquitur a), & tantum probat manutenentiam nach der Verordnung der Reichs-Geſetze, quæ nullibi viam facti dicunt licitam, quando adhibetur contra Status provinciales judicialem diſcuſſionem litium inter Principem & ipſos obortarum deſiderantes, ſed eam diſerte improbant. Qui conciliari poteſt illimitatum iſtud collectandi jus & Capitulationis Carolinæ diſpoſitio art. 19. ſtatuens, daß wann Land-Stände und Unterthanen wieder ihre Obrigkeit Klage führen, inſonderheit, wenn es die Landesherrliche Obrigkeit und regalia, als in ſpecie jura collectarum, armaturæ, ſequelæ, Landes-defenſion, Beſatzung der Veſtungen, und Unterhalt der Guarniſonen und dergleichen betrifft, ad nudam inſtantiam ſubditorum keine mandata noch protectoria zu ertheilen, zuförderſt die Austräge in Acht zu nehmen, wo aber die jurisdictio fundiret, dannoch ehe und bevor die mandata ergehen, die beklagte Obrigkeit mit ihrem Bericht zu vernehmen, und wann alsdann ſich befinden würde, daß

die

Digitized by Google

die Unterthanen billige Urſache zu klagen haben, dem Proceſſ ſchleunig, doch mit Beobachtung der ſubſtantialium, abzuhelffen ſey? Hic clare cavetur, admittendam eſſe diſceptationem judicialem ſuper controverſo jure collectarum & armaturæ. Nec inde ſequitur, haud decernendam lite pendente inhibitionem, quod ſancitum, daß immittelſt gleichwol die Unterthanen zum ſchuldigen Gehorſam gegen ihre Obrigkeit anzuweiſen, cum tantum ab iis exigatur der ſchuldige Gehorſam, non ut quibuscunque juſſibus obſequium præſtent. Eam interpretationem regulis bonæ interpretationis & praxi congruere, jam probavi in dem Gründlichen Unterricht von Regierungs- und Juſtitz-Sachen *Sect.* 3. §. 13. *lit. a & b.* Fruſtra obmotum eſt, R. I. de 1654. §. 180. aditum ad dicaſteria occludere iis, qui ſeſe opponunt Ordinationi executionis, jubere autem hanc, ut ſecuritati regionum advigiletur, & parentur præſidia adverſus inopinatas invaſiones. Solide enim demonſtravit Ill. Dn. de MARQVARD Vice-Præſes Regii Summi Tribunalis Cellenſis *in Collectaneis Mecklenburgicis Faſcic.* 4. *p.* 124. *ſeq.* in ea ſermonem eſſe de ſequela & circulari militia. Nec verbulum habet innuens, quæcunque Princeps ad regionis defenſionem neceſſaria judicat, ſubditos exhibere teneri, neque audiendos eos eſſe aſſerturos, haud congruere ſaluti regionis, ut exercitus inſtruantur & erigantur, vel ſerventur fortalitia.

a) Probarunt ICti Helmſtadienſes in reſponſo dato d. 15. Jan. 1734. hanc interpretationem. Conf. Merckwürdige Reichs-Hof-Raths-*Concluſa Tom.* 1. *Concl.* 37. *Tom.* 2. *Concl.* 98. Dn. de LUDOLFF *Symphor.* 2. *pag.* 270. Dn. KEMMERICH *de Jure collectarum provincialium* §. 18.

§. X.

Sunt (4) ſumtus legationum Imperii a ſubditis exhibendi. Id onus pridem domaniis incubuit, uti patet ex his verbis R. I. de 1512. §. 26: Nachdem Chur-Fürſten und Fürſten, Geiſtlich und Weltlich, auch Grafen und Herren des Heil. Reichs, die Reichs-Tage, wie vor und nach gemeldet, jederzeit in eigener Perſon oder durch ihre vollmächtige Bottſchaft auf ihren Koſten erſuchen, auch den Anſchlag in ihren Fürſtenthumben und Gebiethen, wie hernach folget, einbringen, und allerley Koſtens aus ihrem Cammer-Guth darauf wenden, und nit auf die Unterthanen ſchlagen ſollen. Eapropter Hildeſienſis nobilitas anno 1596. illos Epiſcopo ſuppeditare detrectavit, & anno 1645.

 dimi-

dimidiam tantum impenſarum, quas deſiderabant tractatus Pacis Weſtphalicæ, a ſubditis exigi, citra obligationem conſenſerunt Status provinciales. Sed imminutum eſt hoc jus anno 1670. per Reſolutionem Cæſaream caventem, daß ein jeder Chur-Fürſt und Stand des Reichs von ſeinen Unterthanen zu Reichs-Deputations-und Crayß-Conventen die nöthige Legations-Koſten erheben möge. Inſeruit eam Ill. Dn. de LVDOLFF *Tract. de Juribus Fœmin. illuſtr. Sect. 2. Membr. 2. §. 5. num. 23. & Append. 3. lit. S. p. 230.* Ubi ſimul notat, omnes Imperii Status eo decreto uti poſſe, nulla obſtante contraria poſt publicationem conſuetudine, extra controverſiam non eſſe poſitum.

§. XI.

Iſtud tributi genus, quod filiabus elocandis ſolvitur, die Fräulein-Steur (5) ſecundum obſervantiam & pacta multarum regionum ſolvendum eſt a ſubditis. Privilegio immunitatis civitatibus Hueſſen, Craneburg, Udenheim, Sevenar & Gryet impertito apud DITHMARVM *in Cod. dipl. Clivenſi adjuncto Teſchenmacheri Annal. Cliv. p.* 14. 16. 21. 24. 27. hæc additur exceptio: Maer als wy onſen wettelycken ſoon Ridder maecken, oft onſe wettelycke Dochter mannen. Daer toe ſullen ſy ons volleſte doen na oir macht, und hierom geven wy oir vry water ende weyde. Aſſerit Dn. LVDEWIG *in Conſil. Hallenſibus Tom. 2. Lib. 2. num. 110. ſeq.* nullum extare veſtigium in jure communi aut legibus Germaniæ de jure Principis ſubditos collectandi ob cauſam filiæ dotandæ, Rofredum JCtum Sec. XIII. primum id illis tribuiſſe, militare præſumtionem libertatis naturalis pro ſubditis, mutaſſe JCtos donum nuptiale Statuum provincialium in collectam ordinariam, elocari filias Principum cauſam patris eſſe, non provinciæ, in quam parum aut nihil emolumenti inde redundet, quin nullam eſſe ſequelam: Intereſt Reipublicæ filiam Principis dotari. E. ex loculis ſubditorum id fieri debet. Hæc argumenta pondere non deſtituuntur, & videtur controverſia ex cujuslibet provinciæ legibus & moribus definienda, non autem univerſalis obſervantia iſtud onus devolvere in ſubditos. In multis tamen provinciis id eos ſuſcepiſſe, haud diffitetur Dn. LVDEWIG *d. l. Conſ.* 90. *n.* 87. 88. Idem aſſerit *in Comm. ad A. B. Tit.* 25. §. 5. *lit. ee.*, quanquam Principum apanagiatorum ſuſtentatio olim non ſubditis, ſed Principi regenti incubuerit,

Digitized by Google

buerit, cum vero Reipublicæ interſit, ut ſine dedecore e gente Principum oriundi vivere queant, domania autem non ſufficiant, iis ſumtibus ſuppeditandis, inde Status provinciales Domino territorii ſubvenire, & apanagia præſtare debere. Id facile largior in caſu neceſſitatis. Is autem non ſemper ponendus, ſed probandus eſt ab allegante. Idem dicendum de vidualitio viduarum Principis. Ejus conſtitutionem incumbere Statibus provincialibus Dn. LUDEWIG *d. l. Conſ.* 90. *num.* 78. 79. putat ex ratione, quod hi ſumtus ſint extraordinarii, reditus autem Camerales ad ordinarias impenſas ſpectent. Verum & eo tempore, quo ignorabantur collectæ annuatim ſolvendæ, viduis Principum alimenta præſtanda fuerunt. Hæc ergo citra dubium ex domanio ſumta, & adhuc ex illo ſumenda, ni demonſtretur, ea haud ſufficere iſti oneri ferendo.

§. XII.

Quis vero reliquos ſumtus ad ſervandam Rempublicam neceſſarios erogare debet? Non raro petuntur ex ærario provinciali, & nil frequentius in comitiis Ordinibus ob oculos poni ſolet, quam neceſſitas collectarum, ad quas indicendas conſenſus eorum deſideratur. Rationes prudentiæ ſæpe ſuadent, eum impertire. De jure ſtricto autem Status provinciales minime obligati ſunt, Principi exhibere tales impenſas, quamdiu ex bonis Cameralibus ſumi queunt. Sunt enim hæc imperantibus aſſignata non ſolum ad aulam inſtruendam, ſed ad omnia Regiminis onera ferenda. Ergo tenetur regulariter Dominus territorii v. g. Officialibus quibuscunque (a), ut & Legatis, qui non mittuntur ex Imperii decreto, alimenta & ſalaria præbere, ſumtus litium pro tuendis juribus publicis agitandarum ſuppeditare, & cuſtodes corporis die Leib-Guarde (b) alere, ni vel Status provinciales iſta onera in ſe receperunt, vel tam exigui ſunt reditus fiſcales, ut tales expenſas tolerare nequeant. (c) Utique enim ſubſidiaria obligatione Ordines tenentur, &, domanio excuſſo, neceſſitatibus publicis ſubvenire debent. Dum leges fundamentales provinciarum vetant, ne Principes citra Collegii alicujus conſenſum tributa populo imperent, non ita illimitatum diſſentiendi jus huic dediſſe cenſendi ſunt, ut pro mero arbitrio imperantem impedire poſſit, quamvis deſideria ejus publicæ ſaluti congruant, ſed ſolum ea mente illius poteſtati limites poſiti, ne imperio in perniciem populi abutatur.

Equi-

Digitized by Google

Equidem in liberis civitatibus non magni uſus hæc obſervatio eſt. Cum enim ſemper de eo agatur controverſia, an ſolidis rationibus ſit ſubnixus Ordinum diſſenſus, nec ne? & deficiat judex, qui litem dirimere queat, non alia potuit eſſe intentio conditorum Imperii id limitantium, quam ut ea publicæ utilitati adverſari ponantur, quæ non ſimul & Regi & Ordinibus placent. Alia ratio eſt civitatum non liberarum, quales ſunt Principatus Germaniæ. Ubi enim lis ſuboritur inter Principem & Status provinciales, a judiciis imperii illa definiri poteſt. Igitur quoties imperans ad liquidum perducit, ſine juſtis rationibus ſibi collectas neceſſarias denegare Status, merito ſuperior judex neceſſitatem obſequii illis imponit. Minime vero omnes ſumtus extraordinarii olim ignorati ex ærario publico præbendi ſunt, ſi Camera Principis eos ſuppeditare poteſt, quod vult Dn. LUDEWIG *in Conſil. Hallens. Tom. 2. Conſ. 90. num. 78. & Conſil. 103. num. 54.* Etenim hos quoque ex reditibus fiſcalibus ſecundum primam deſtinationem petendos eſſe, inde clareſcit, quod ſtipendiarii milites bello ingruente conducti ex iis in medio ævo mercedem acceperunt (d), quæ impenſæ procul dubio fuerunt extraordinariæ. Dixi Obſ. III. olim rarius exactas eſſe collectas. Non potuit ergo non domanium quæcunque onera regiminis ferre. Fateor hæc aucta eſſe recentiori ætate, ſed etiam aucti ſunt reditus domaniales, & melior reddita conditio Principum, poſtquam leges imperii ac pacta cum Statibus inita tot onera devolverunt in ærarium provinciale, quæ pridem Cameræ incumbebant.

a) Reſpondet Dn. LUDEWIG *d. l. Conſ. 34. num. 14.* daß zu dergleichen Abtrag die Landes-Stände und Unterthanen deswegen ſchwer zu bringen ſeyn, weil ſelbige dem Principi regenti zu dem Ende ſeine Tafel-Güther ausmachen, damit er ſeinen Staat davon halte, und ſeine Bediente befriedige.

b) Auguſtiſſima Camera Imperii eapropter Anno 1717. abſolvit ſubditos Naſſovio-Siegenſes von beſtändiger Unterhaltung der Grenadier Compagnie-Garde, & judicavit exigendas eſſe a domino territoriali collectas allein in Beſtreitung der Reichs-Crayß- und allgemeiner Landes-Laſten vid. die Reichs-*Fama Part. 6. Cap. 5. pag. 50.*, quamvis nulla pacta cum Ordinibus Principis iſtius poteſtatem circumſcribant.

c) Vid.

c) Vid. SIXTINUS *de Regalibus Lib. 2. Cap. 14. num. 46. 48. 130.* BOCERUS *de Jure collectandi Cap. 2. num. 10. 11.* KLOCKIUS *Vot. Camer. Relat. 127. num. 20. & Tr. de Contributionibus Cap. 2. num. 118. Autor Juris publici Pomeraniæ apud Ludewigium in Reliquiis MSS. Tom. 9. Cap. 12. pag. 474. Cap. 13. p. 484. 485.* COCCEJUS *Juris publ. prudent. Cap. 30. num. 14. ac Vol. 1. Deduct. 7. p. 609. n. 139.* & quæ Hildeſienſis Nobilitas ac civitates remonſtrarunt apud Dn. MOSER in den Vermiſchten Schriften *p. 349. ſeq.*

d) Id probavi in dem Bericht vom Abmeyerungs-Recht *Præf. lit. a. p. 10. 11. Comment. de Jure Villicorum Cap. 6.* §. 4. & ſupra *Obſ. 3.* §. *11. 15.*

§. XIII.

Solent autem collectæ in ærarium provinciale influere, cujus cura eſt conjunctim penes Principem & Status provinciales. Ne enim jus arbitrarium diſponendi de collectis, excluſo Domino territorii, ſibi aſſerant Ordines, cautum eſt Capitulatione Leopoldina Art. 3., daß den Land-Ständen nicht zu geſtatten, die Diſpoſition über die Land-Steur, deren Empfang, Ausgab und Rechnungs-Receſſirung mit Ausſchlieſſung des Landes-Herrn privative vor und an ſich zu ziehen, quam diſpoſitionem repetunt Capitulatio Joſephina art. 3. & Carolina art. 15. Nec tamen ærarii curam & ſibi ſoli, excluſis Ordinibus, Princeps arrogare poteſt. Unde ſequitur, hunc in partem deteriorem non debere interpretari, ſi Status provinciales Quæſtori provinciali ſolutionem ejus, in quod non conſenſerunt, prohibeant, & illum minime peccare, quando prohibitioni morem gerit. Haud dubitavit THOMASIUS *in Conſiliis Hallenſ. Tom. 1. Lib. 1. Conſ.* 104. *num.* 12. ad quæſtionem hanc ita reſpondere: Dieweilen aber dennoch in des Landes-Caſſirers Mächten nicht ſtehet, über die Landes-Caſſa nach Belieben zu diſponiren, oder etwas, ſo die Stände nicht verwilligen, auszuzahlen, der Landes-Herr ihm auch einige Zahlung, auſſer der geſchehenen Landes-Verwilligung, nicht zu zumuthen vermag, weil ſonſten dadurch der Landſchaft Privilegia per indirectum würden geſchwächet werden, dahero die Beſtätigung und Schutz des Landes-Fürſten der Landſchafft zum Nachtheil nicht angezogen werden muß, er auch, wenn er ſich der geſchehenen Verwilligung in der Auszahlung gemäß bezeiget, ſein Ab-

Digitized by Google

ſehen auf die Landes-Wohlfarth allerdings richtet ‒ ‒ ſo erſcheinet daraus, daß der Landes-Caſſirer, weil er dem geſchehenen Verboth gemäß die Salaria der Collegiorum nicht ferner bezahlet, mit einiger Straffe nicht angeſehen, vielweniger ſeines Dienſtes entſetzet werden können. Conf. quæ dixi in dem Gründlichen Unterricht von Regierungs- und Juſtitz-Sachen in Supplementis p. 193. 194. 195. 196. 197.

§. XIV.

Antequam materia collectarum dimittitur, ex animo evellendus eſt ſcrupulus, qui nonnullis hæret circa æquitatem Legum Imperii pinguiora jura Dominis territoriorum tribuentium, quam quibus olim gaviſi ſunt. Sicut ſecundum dicta §. 8. iniquum videbatur Imperatori & Statibus Imperii nonnullis, contra obſervantiam atque pacta ſubditis obligationem imponere, omnia ea exſolvendi, quæ Dominus territorii ad regionis defenſionem neceſſaria eſſe dicit, ita durum eſſe credunt, ſolutionem collectarum imperii, & erogationem ſumtuum fortalitiis ſervandis, atque Legationibus imperii obeundis neceſſariorum, quibuscunque ſubditis injungi, & denegari Statibus provincialibus diſpoſitionem de ærario pactis vel obſervantiæ innixam. Volunt eapropter, reſtringi Leges Imperii ad regiones, in quibus non extant talia pacta vel obſervantiæ. vid. ROVSSET *dans le Recueil Hiſtorique d' Actes, Negotiations, Memoires & Traitez Tom.* 4. *p.* 365. Quæ ſupra §. 12. dixi, me in ſententiam adducunt, nulla iniquitatis labe iſtas Imperii Leges maculari, easque infringere omnes pactiones anteriores majorem libertatem Ordinibus tribuentes. Pono, ex natura Rerumpublicarum ſpecialium Germaniæ Statibus provincialibus haud competere arbitrarium jus conſenſum denegandi in collectas a Domino territorii indicendas, ſi eas publica neceſſitas exigit, & penes Imperatorem atque Imperii Status jus eſſe determinandi, quæ collectæ ſint neceſſariæ ad ſervandam Rempublicam. Id determinatum, non autem jura quæſita ablata ſunt ſubditis, quibus injuncta ſolutio collectarum Imperii. Eo tempore, quo Cameræ bona publicis uſibus deſtinata, non tam ingentes ſumtus deſiderabantur, ac hodie, ad Imperium armis tuendum. Hæc, hoſte ingruente, cives capeſſebant, nec opus erat tot militibus mercenariis. Cum ferendo iſti oneri non præviſo minime ſufficerent fiſcales reditus,

Digitized by Google

tus, Status Imperii poſtularunt, ut etiam ſubditi id reciperent. Hoc æquitati congruere judicavit Imperator, & eapropter allegatis Legibus cautum, ne ſubditi collectas Imperii in militiam impendendas ſolvere detrectent. Eadem ratio eſt injunctæ ſolutionis pecuniæ ad Cameram Imperii ſuſtentandam, ſervanda fortalitia & legationes Imperii neceſſariæ. Quod ad diſpoſitionem circa ærarium attinet, ejus cura, ut pars ſuperioritatis territorialis, Principi neutiquam eſt abjudicanda, quandoquidem tam irregulares Reſpublicæ Germanicæ præſumendæ non ſunt, nec eſſe probabuntur, ut in iis ſuperioritas pluribus diviſim competat. Quin licet privilegia Statibus provincialibus diſpoſitionem ſuper ærario, excluſo Principe, largiantur, ſemper tamen eam limitationem tacite adjunctam habent: niſi eo jure abutantur. Plane arbitrariam enim facultatem Ordinibus non collatam §. 12. dictum eſt; Unde prono nexu fluit, ſi illi collectas diſtribuendo vel juſtam proportionem non obſervent, vel eas inutiliter expendant, Principem, qui curam ærarii penitus dimiſiſſe cenſendus non eſt, ſe iis moliminibus poſſe opponere, ipſique rationum inſpectionem minime denegandam eſſe.

§. XV.

Inſigne Statuum provincialium jus eſt (II.), quod illis irrequiſitis territoriorum Domini Leges condere non ſolent, de quo dixi in dem Unterricht von Regierungs- und Juſtitz-Sachen *Sect.* 2. *§.* 8. *lit. b. p.* 51. *ſeq.* A Seculo XIII. legiſlatoriam poteſtatem exercere coepiſſe Principes, obſervarunt CONRING *de Origine Juris Germ. Cap.* 28. *p.* 167. HERTIUS *de Superioritate territoriali §.* 25. *in Notis.* C. J. C. ENGELBRECHT *de Fatis Jurisprud. juſtitiaque adminiſtrationis in Germania p.* 16. Celeberr: HOFFMANN *de Origine & Natura Legum Germanicarum Cap.* 2. *period.* 6. *Sect.* 5. *§.* 1. Cum vero illis temporibus res arduas rarius pro arbitrio definirent imperantes, & ampliſſima eſſet Ordinum provincialium autoritas, quid mirum ad Leges condendas eos etiam eſſe adhibitos? In multis regionibus illud jus ſervarunt, non tamen ubivis exercent hodie. Aliqui eo nunquam fuerunt præditi. Inprimis illi Principes, qui recentiori demum tempore, poſtquam Superioritas territorialis jam altiores radices egerat, legiſlatoriam poteſtatem ſibi vendicarunt, quandoquidem nec

Digitized by Google

pacta, nec mores jubebant conſenſum Statuum impetrare, majeſtaticum illud jus pro arbitrio exercuiſſe videntur. Alibi facultatis circa leges condendas legitime acquiſitæ, ut aliorum jurium, jacturam fecerunt Ordines. Igitur cujuslibet Reipublicæ mores & ſtatuta ſunt inſpicienda, unde apparebit, an de eſſentia legis ſit, ut Statuum provincialium conſenſu feratur, nec ne? Negari etiam nequit, aliquando magis conſilium, quam conſenſum eorum deſiderari. Id tamen ſatis expeditum eſt, quanquam invitis etiam Ordinibus leges promulgare poſſit Princeps, non tamen licere ipſi ſtatuere, quæ jura Ordinum infringunt, & contrariantur pactis publicis. Recte eapropter reſpondit HORNIUS *Claſſ.* 2. *Reſp.* 7. *p.* 98., daß die denen Reichs-Ständen in ihren Territoriis zuſtehende poteſtas legislatoria die mit denen Land-Ständen aufgerichtete Pacta und ausgeſtellete Reverſalia auch übliches Herkommen nicht aufhebet, vielmehr die Jura des Landes-Herrn nach denſelben ausgeübet werden. Conf. quæ dixi in dem Unterricht von Regierungs- und Juſtitz-Sachen *d. l. p.* 54. *ſeq.*

§. XVI.

Non deſunt regiones, in quibus (III.) jus belli ac foederum Princeps exercere haud poteſt, ſi diſſentiant Ordines. Cum manuario jure belligerandi facultas Statuum imperii in Germania orta eſt. Quandoquidem enim privati libertate gaudebant, injurias ſibi illatas vindicandi, multo minus illa Principibus denegari potuit. Inde nec dubium eſt, quin iis licuerit, pro arbitrio aggredi hoſtes inconſultis Statibus provincialibus, dummodo propriæ vires bello gerendo ſufficerent. Aſt ubi ſubditorum auxilio indigebant, hos in ſententiam pertrahere neceſſe erat. Nimirum tanta fuit libertas Germanorum, ut non rarius Princeps a nobilibus & civitatibus ſibi ſubjectis literas diffidationum acciperet, quam ab exteris. Quis ergo crederet, Status provinciales ad nutum imperantis arma arripuiſſe? Sane admodum dulcibus verbis alliciendi erant, ut cum eo facerent. Hoc itaque rerum ſtatu, quo auxilia ſibi pararent Principes, id dederunt operam, ut bellorum & foederum cauſæ ordinibus probarentur, & nonnunquam ſunt polliciti, ſe ſine illorum conſenſu neminem hoſtiliter aggreſſuros. Id in Pomerania fa-

ctum

Digitized by Google

ctum refert *Autor Juris publici Pomeraniæ cap.* 10., & habet die Erb-Landes-Vereinigung des Rheiniſchen Ertz-Stiffts Cöllen: daß einzukommende Heer gein Krieg ahnheven ſall, buiſſen wiſſen und willen Capittels und gemeiner Landſchaft. vid. FABRI Staats-Cantzley *Part. VI. p.* 478. Anno 1362. Duces Auſtriæ communis ſecuritatis ergo fœdus inierunt cum Regibus Hungariæ & Poloniæ *de maturo & deliberato conſilio Prælatorum & majorum Baronum*, vid. Dn. LUDEWIG *Reliqu. MSS. Tom. IV. p.* 294., atque Anno 1483. tale fœdus ictum eſt inter Bertholdum Epiſcopum Hildesheimenſem & Wilhelmum ac Henricum Duces Brunſuicenſes mit wohlbedachtem Rath und Vollborde der Rahde und Ritterſchop, vid Dn. RETHMEYER Braunſchweig-Lüneburgiſche Chronic *p.* 757. Anno 1631. Elector Saxoniæ Statibus provincialibus in Comitiis proponebat, es nehme die Gefahr im Römiſchen Reich und ſeinen Gräntzen dergeſtalt je länger je mehr überhand, daß er nicht umgehen könte, ſich darüber mit der Landſchaft zu vernehmen, und mit derſelben, wie denen Sachen zu thuen, und das geliebte Vaterland vor der Gefahr zu præſerviren, zu berathſchlagen. Et paulo poſt eorum rogabat ſententiam: Ob man ſich bey ſo gewaltſahmer attaquirung des Fürſtl. Hauſes Sachſen, wie auch andere dem Chur- und Fürſtl. Hauſe Sachſen naher Anverwandten und Erbverbrüderten neben anderen Evangeliſchen Ständen in Thüringen ꝛc. ꝛc. zu endlicher Abhelffung des ſo lange continuirlichen Unweſens und übergroſſen Drangſahlen, damit die Evangeliſche Reichs-Stände ſambt ihren Unterthanen nunmehr eine lange Zeit gedrucket und gepreſſet worden, mit einem jungen Potentaten conjungiren ſolte. vid. Comes KHEVENHILLER *in Annalibus Ferdinandeis Tom. II. p.* 1656. 1663. 1664. In conſilium etiam adhibebantur anno 1635., cum inter Cæſarem & Electorem pax concluderetur. vid. IDEM *d. l. Tom.* 12. *p.* 1672. Noſtris temporibus facultatis Statuum circa bella & fœdera inſignes effectus rarius cernuntur. Offenſiva enim bella inter Imperii membra ſublatis diffidationibus ſub pœna fractæ pacis publicæ ſunt vetita, Vid. GUNDLING *de Efficientia metus cap.* 2. §. 38. 39. &, ſi potentiores aliquando adoriuntur exteros, vel etiam ſub obtentu belli defenſivi Conſtatus, horum jus belligerandi in dubium vocare, vix audent ordines imbecilliores. Interim expeditum eſt, Status provinciales ex juris neceſſitate non niſi militem circularem alere

Digitized by Google

alere teneri. vid. MOSER *in Comp. juris publ. lib.* 4. *cap.* 21. §. 14. Hanc libertatem illi non facile imminui patiuntur, quorum autoritas adhuc viget, & vix permittunt, ut plures comparentur cohortes, quam concluſa imperii deſiderant, ni perſuaſum habeant, ſine tali apparatu bellico rempublicam ſervari non poſſe. Ex dictis §. IIX. conſequitur autem, militem præſidiarium fortalitiorum, quibus indiget regio, etiam ſuſtentandum eſſe a ſubditis.

§. XVII.

Si natura imperii ſpectatur, (IV.) ſine populi conſenſu ditiones alienari nequeunt. Nam uti invito Regi regnum non recte eripitur, ita nec invito populo alius Rex obtrudi, aut etiam Regni pars alienari poteſt, quandoquidem qui initio in civitatem coivere, aut ultro poſt acceſſere, pacto ſe invicem obſtrinxerunt, quod uno eodemque Imperio regi velint, quamdiu inter ejusdem civitatis fines degere placeat, prout ſolide docet Sam. PVFENDORF *de jure Nat. & Gent. Lib.* 8. *cap.* 5. §. 9. Conf. GROTIVS *de Jure Belli & Pacis Lib.* 2. *cap.* 6. §. 3. *ſeq.* Hæc doctrina Germaniæ moribus congruere videtur, quandoquidem anno 1216. *per ſententiam Principum & ſubſequutionem tam Nobilium quam Baronum atque Miniſterialium & omnium, qui aderant, judicatum eſt: Nullum principatum poſſe vel debere nomine concambii vel cujusque abalienationis ad aliam perſonam transferri ab imperio, niſi de mera voluntate & aſſenſu Principis præſidentis & miniſterialium ejus principatus.* vid. HVND *Metrop. Salisb. Tom.* 2. *p.* 407. Eapropter cum Sueci exigerent, ut ipſis cederetur Pomerania, anno 1646. Legati Brandenburgici urgebant, *Pomeranos in commercio non eſſe, ut renitentes alienari queant ſui quondam juris populum, & Germaniæ obſequium ſua ſponte eaque lege indutum, ne invitus republica abſtraheretur, cujus imperium non coactus ſubierit.* vid. PFANNER *Hiſtoriæ Pac. Weſtph. Lib.* 3. §. 17. PVFENDORF *Rer. Brandenb. Lib.* 2. §. 55. 57. 58. Dn. de MEIERN *Acta Pacis Weſtphalicæ Part. III. lib.* 24. §. 34. *n.* 3. §. 35. *n.* 1. & multi Doctores ad alienationem regionis deſiderant populi vel Ordinum provincialium conſenſum. vid. HEIGIVS *Part.* 1. *Quæſt.* 19. *num.* 3. 4. BETSIVS *de Statutis & Pactis Familiarum cap.* 5.

cap. 5. §. 24. MEVIUS *Conſ.* 91. *num.* 9. 11. BRUNNEMANN *Conſ.* 1. *num.* 142. MYLER *de Principibus & Statibus Imperii cap.* 25. §. 16. LYNCKER *de Libertate Statuum Imperii Sect.* 3. *Membr.* 2. §. 5. *p.* 80. ZIEGLER *de Juribus Majeſt. Lib.* 4. §. 28. HERTIUS *Vol.* 1. *Reſp.* 575. Aſt diffiteri non poſſum, me dubitare, an veteres Germani tam ſubtiliter ſubduxerint rationes. Magna ſuppetit copia tam antiquarum quam recentiorum alienationum pro mero arbitrio imperantis peractarum. Cum miniſteriales & vaſalli, penes quos in Comitiis provincialibus tanta reſidebat autoritas, licite alienarentur, quid mirum id permiſiſſe ſæpius reliquum populum? Conf. quæ dixi *Obſ.* 2. §. 14. Sane quamvis per pacem Weſtphalicam multæ regiones novos Dominos nactæ, non tamen deſideratus ſubditorum conſenſus in translationes factas. Sententia ex HUNDIO modo allata haud agit de præſenti quæſtione, ſed vetat ſolum, divellere ab imperio principatum. Equidem in nonnullis provinciis Imperantium alienandi facultas per pacta circumſcripta eſt. Sic habent Privilegia Ordinum & Miniſterialium Styriæ de Anno 1277. apud Dn. LUDEWIG *in Reliqu. MSS. Tom.* 4. *p.* 259.: *Nolentes ut eis, ex cauſa rationabili renitentibus & invitis, jugum novi dominii, quod eorum ſtatui non conveniat, imponatur;* Et detrectabat Ferdinandus II. Imperator Alſatiam transferre in Hiſpanos, ohne Vorwiſſen und Conſens des eigenen Landes, weil die Unterthanen dahin privilegiret, daß ſie bey währender darauſſigen Ertz-Hertzoglichen Linie auf keine Weiſe und Wege können veralieniret werden, vid. Comes KHEVENHILLER *in Annalibus Ferdinandeis Tom. X. p.* 164. 478. Conf. WEBER *de Refutatione feudorum imperii* §. 18. SCHEPLITZ *ad Conſuet. Marchic. Part.* 2. *Tit.* 5. §. 1. *n.* 21. Inde vero non ſequitur, hoc jus ſubditorum univerſalibus Germaniæ moribus inniti. Quid? quod privilegium Styriæ cauſam rationabilem diſſenſus exigit, qua apparente, ſi ſcilicet alienatio jura & libertatem populi imminuit, & illi affert inſigne præjudicium, ea utique improbanda eſt. Conf. STAVINSKY *Diſſert. de Donationibus Principum Imperii cap.* 3. §. 23.

§. XIIX.

Sed quid dicendum de bonis Cameralibus, an ea alienari nequeunt ſine Ordinum provincialium conſenſu? Ita ſentit

Dn. LU-

Dn. LVDEWIG *in Conſil. Hallenſibus Tom.* 2. *Lib.* 2. *Conſ.* 34. *n.* 14. 15. atque aſſerit *in Diſſert. de Obligatione Succeſſoris in Principatus & Clientelas S. R. I. cap.* 7. *§.* 3. & *Different. Jur. feud. communis atque Luſatici diſſ.* 24. non Imperatorem, ſed ordines cujusque provinciæ Principi aſſignaſſe domanium, & eapropter id illis invitis alienari non poſſe. Aſt non ſolum ſupppoſitum ejus ex gravibus cauſis in dubium vocarunt LYNCKER *Vol.* I. *Reſp.* 20. & *Dec.* 1202. & Dn. KRESS *Diſſ. proœm. ad Thummermuth §.* 50. *lit. a.*, ſed etiam inde haud videtur ſequi, bonorum iſtorum alienationem eſſe vetitam. Fateor veroſimilitudini congruere præſumtionem, bona a populo ſuſtentationi imperantium deſtinata, ea mente his collata eſſe, quo ſemper adhæreant Regno vel Principatui, ſiquidem non poteſt non inſigne damnum adferre civitati, quando, diſtractis talibus bonis, cives defectum ſupplere debent. Verum haud tanti ponderis eſt hæc conjectura, ut non fortioribus aliis ſuperetur. Neque enim a bene eſſe ad eſſe valet conſequentia, & ubi apparet, permitti imperantibus bonorum publicorum alienationem, dicendum utique eſt, tantam fiduciam populum in Principe poſuiſſe, ut liberam diſpoſitionem de domanio ipſi permiſerit, quia non quævis incommoda prævidit iſtam facultatem comitantia. *v. Les Penſées libres ſur la Religion, l' Egliſe & le Bonheur de la Nation c.* 12. *p.* 478., quæ & aliquando publicam utilitatem promovet. Jam vero medii ævi monumenta liquidum reddunt, imperii bona & res fiscales a Regibus pro lubitu in privatos translatas eſſe, & pleroſque imperii Status præſertim eccleſiaſticos domanii regii particulis frui, cujus admodum leves reliquiæ ſuperſunt. Non ergo dubitandum, eandem alienandi libertatem permiſſam Principibus, licet bona Cameralia non Cæſari, ſed populo deberent. Id firmat diploma, quod urget Dn. LVDEWIG *in Differentiis Jur. feud. comm. atque Luſatici Diſſ.* 24. In eo enim Henricus Leo reditus menſæ ſuæ Clero donat. Si hæc donatio probandæ exiſtentiæ domaniorum ſufficit, ſimul evincit ea alienandi facultatem, qua uſus eſt Henricus Leo, citra ordinum provincialium conſenſum bona menſalia in Clerum transferens. Cæterum poſtquam recentiori tempore obſervatum eſt, inconſultas rerum Cameralium alienationes admodum damnoſas eſſe reipublicæ, ipſi Principes per pacta

pacta cum agnatis vel Ordinibus inita libertate hactenus exercita ſe ſæpius ultro abdicarunt. Id factum a Ducibus Brunſvicenſibus, docent Dn. RETHMEIER in der Braunſchweig-Lüneburgiſchen *Chronica p.* 840. STVCKIVS *Conſil.* 26. *num.* 189. & OCKEL *de Præſcriptione immemoriali Cap.* 3. *th.* 17. Alia exempla ſuppeditant SCHEPLITZ *ad Conſvetudines Marchicas Part.* 2. *Tit.* 5. §. 1. *n.* 20. STRYKIVS *de Statibus provincialibus Cap.* 4. *n.* 20. *Conf.* HORN *Claſſ.* 2. *Conſult.* 9. Dn. LEYSER *de Aſſentationibus JCtorum c.* 4. §. 2. *ſ.* 10. *ſeq.* Forſan & obſervantia nonnullarum regionum hac parte pinguius jus largitur Ordinibus, quam mores univerſales Germaniæ. Epiſcopos & Abbates alienaturos Miniſterialium conſenſu indiguiſſe, ex dictis *Obſ.* 2. §. 4. patet, & adhuc hodie Principum Eccleſiaſticorum facultas alienandi reſtrictior eſſe ſolet. Vid. Dn. KRESS *d. l. ſ.* 46. & in der Erläuterung des Archidiaconal-Weſens *p.* 139. 254. Dn. GASSER *de Memoria initii contra Præſcriptionem immemorialem* §. 43.

§. XIX.

Magni nominis JCti diſpoſitiones circa ſucceſſionem Principum (V.) Statuum conſenſu firmandas eſſe volunt, quem aliquando adhibitum videmus, quando diviſiones territoriorum ſunt ſuſceptæ, pacta ſucceſſoria condita & primogenituræ jus introductum. Probavi ſupra §. 1. 2. inſigni olim facultate circa Ducum conſtitutionem gaviſum populum. Ea expiravit, poſtquam Principes hereditarium jus ſunt adepti. Etiam libertatem dividendi regiones Imperatorum beneficio obtinuerunt, illaque rarius exercita impetrato conſenſu Ordinum provincialium. His ergo ejus neceſſitatem aſſerturis probandi onus incumbit. Ad validitatem pactorum ſucceſſoriorum Statuum comprobationem requirunt MYLERVS *de Principibus & Statibus Imperii Part.* 1. *Cap.* 25. *n.* 16. STRYK *de Statibus provincialibus Cap.* 4. *n.* 56. 57. COCCEIVS *Juris publ. Prud. Cap.* 26. *n.* 3. TITIVS *Spec. Juris publ. Lib.* 3. *Cap.* 4. §. 47. Aſt præterquam quod ſecundum dicta §. 17. plerique Principes jure alienandi ditiones gaudent, in confeſſo eſt, extincta familia Principis feuda regalia aperta inconſultis Ordinibus conferri, unde ſequitur,

Digitized by Google

& citra eorum conſenſum valide promitti ſuccedendi jus in caſum aperturæ. Sed quid ſi Principes noxiæ territoriorum diviſioni obicem ponere velint, introducto jure primogenituræ, an id fieri poteſt, Statuum provincialium conſenſu deficiente? Mihi cum Ill: Dn. de LVDOLFF *in Tr. de Introd. Juris primogenituræ Part. Spec.* §. 11. *n.* 17. 18. §. 16. *n.* 22. hic minime neceſſarius eſſe videtur. Lex enim, quæ territoria reddit diviſioni obnoxia, indulgentiæ Cæſarum eſt tribuenda, & minime ab Ordinibus provincialibus condita, unde etiam iis inconſultis abrogari poteſt. Haud abnuo, Leges fundamentales nonnullarum Regionum his pinguius jus largiri. Sed id probandum eſt, non vero ex natura civitatis fluit. Interim caute agunt Principes, qui ſtatuta circa ſucceſſionem condita per pacta cum Statibus inita firmari curant. Sic non ſolum eo magis litibus anſa præſcinditur, ſed etiam difficilius ſucceſſores evertunt legem, quippe qui Ordinibus facultatem diviſiones impediendi iis per pacta collatam auferre nequeunt. Quod ſi ſuccedendi jus in controverſiam vocatur, nullatenus Statuum provincialium ſententia litem definit. vid. LEIBNITIVS *Otii Hannoverani Part.* 2. *n.* 129. *p.* 203. 204. Dn. de LVDOLFF *d. l. n.* 18. Unde conſequitur, durante lite poſſeſſori obſequium eſſe præſtandum, atque ideo ſuper momentanea poſſeſſione tantum, quamdiu nec eam judicis decretum diremit, eorum eſſe judicium, prout recte ſentit LEIBNITIVS *d. l.*

§. XX.

Ordines, quibus incumbit tueri jura & libertatem populi, id merito (VI.) dant operam, ut inprimis ſarta tecta ſerventur ejus jura circa Religionem vid. KLOCK *Vol.* 4. *Conſ.* 5. *n.* 69. *Anti-Vindiciæ Statuum Episcopatus Hildeſienſis Evangelicorum pag.* 236. 238. & quæ ſcripſi in den Anmerckungen über der Evangeliſchen Land-Stände des Hochſtifts Hildesheim Vorſtellung des Conſiſtorii A. C. Gerechtigkeit Feyer-und Feſt-Tage anzuordnen betr. *num.* 1. inſertis der Reichs-Famæ *P.* 7. *cap.* 8. *p.* 172. Eſt ea ab imperio jure gentium libera. Non enim Religionis, ſed ſecuritatis cauſa homines coiverunt, & diverſa de rebus ſacris opinio unionem mentium, quam civitas deſiderat, minime tollit, quin potius

potius conſcientiarum carnificina turbas ac bella funeſta excitat, & Æthiopem lavant, qui intellectum de veritate dogmatum per mandata & pœnas convincere laborant. Id agnoſcunt viri cordati tam Catholici quam Evangelici. Non omnem hæreſin eſſe crimen, ſed eam ſæpius errorem excuſandum, ſic fatetur Archiepiſcopus Pariſienſis PEREFIXIVS *in Hiſtoria Henrici IV. p.* 47. his verbis: *Il eſt à croire, que le Roi profeſſa de nouveau ſa premiere Religion, parce qv' il étoit perſuadé qv' elle étoit la meilleure, ainſi ſa faute ſeroit en quelque façon digne d'excuſe; & l'on ne pourroit luy reprocher, que de n'avoir pas eu les veritables lumieres;* Et Epiſcopus Rhedonenſis aſſerebat, religionem atque fidem vim coactivam non admittere ita alloquens Regem Galliæ Ludovicum XIII.: *La liberté eſt tellement gravée dans le fonds de l'eſprit de l'homme, que ce qui s'y met par la force, n'eſt pas ordinairement de longue durée. La contrainte eſt moins capable encore de produire la foi, qui doit être libre, & s'y inſinuer doucement par l'inſpiration divine, par la patience, par les exhortations, & par les bons exemples.* Vid. *l'Hiſtoire de Louis XIII.* par VASSOR *Tom.IV. Lib.XVII.p.*210. 211. Utinam memoriæ eorum, qui ſacro Zelo perfuſi omnem lapidem movent, ut errantes pœnis & exilio in viam reducantur, infixa hæreret ſententia veriſſima & omni laude digna Vice-Provincialis PP. Soc. Jeſu, qui anno 1587. affirmabat, daß ſeine Patres das Evangelium Unſers HErrn JEſu Chriſti die Seelen der Japponeſer zu gewinnen predigten, und daß ſie deshalben mit groſſer Mühe und Gefahr aus Europa kämen. Nöthigen aber thäten ſie Niemand. Denn das Geſetz des Evangelii befehle ausdrücklich, daß man kein gezwungenes Gemüth annehmen ſolle. vid Comes KHEVENHILLER *in Annal. Ferdin. Tom.II. pag.*567. Conf. NOODTII egregia *Oratio de Religione ab Imperio jure gentium libera per tot.* GVNDLING *Jur. Nat. & Gent. c.* 36. *§.*79. *ſequ.* Ill. Dn. AWERNHER *Part.* 4. *Obs.* 4. *n.* 32. *ſequ.* COCCEIVS *de Jure circa hæreticos* §.22.23.24. Dn. BOEHMER *I.E.P. diſſ. præl.præm. Lib.*3. & *Lib.* 5. *Tit.*7. §.164. Dn. KEMMERICH *de Jure Principis circa Dogmata Fidei Amœn:* 15. *p.* 52. Dn. PERTSCH *Elem. Jur. Canon. Part.*2. §.307. Dn. KEUFFEL *Elem. juriſpr. Eccl. Part. poſt. l.* 3. *c.*2. *Autor Meditationum de Jure Reformandi cap.* 3. §.47. *p.* 87. Id igitur curæ cordique Ordinibus

nibus eſſe debet, ut haud imminuta vigeat tolerantia, ni errantes dogmata foveant publicæ tranquillitati contrariantia. Quatenus vero pacta libertatem conſcientiæ arctioribus limitibus coercent, eorum quoque obſervantiam de jure exigere, & in Germania prætendere poſſunt, ut exercitium Religionis obſervantiæ anni 1624. ſit congruum, non autem exigere, quo tolerentur religionibus per leges imperii non approbatis addicti. Conf. Dn. ESTOR *Delineatio juris publici eccleſiaſtici proteſtantium c.* 14. *§*. 29.

§. XXI.

(VII.) Ad officium Ordinum provincialium pertinet, ut, ſi ſubditi præter æquum graventur, gravamina deferant ad Principem, & quo gravatis ſubveniatur, quantum in ipſis eſt, curent. Aſſerebant Anno 1589. Ordines Auſtriæ, die Land-Täge wären nit allein auf Contributionen, ſondern auch auf ein oder des andern Standes ſowol geſambte als ſonderbahre gravamina angeſehen. Vid. Comes KHEVENHILLER *in Annalibus Ferdinandeis Tom.* 3. *p.* 704. Sunt autem tales querelæ aliquando ſic comparatæ, ut de ſimplici & plano diſcuti nequeant, ſed judicialem exigant discusſionem. Tunc ergo remittendæ ad Dicaſteria, & ab iis, quid legibus conveniat, definiendum, licet ipſius Principis Jura atque bona fiſcalia objectum litis conſtituant. Vid. Illuſtriſſimi Comitis de WURMBRAND Senatus Imperialis Aulici Præſidis digniſſimi *Forum S. R. G. Imperii Principum p.* 56.67. LYNCKER *Reſol.* 10. HORN. *Claſſ.* 2. *Reſp.* 4. & 7. Dn. BOEHMER *Part.* 2. *Reſp.* 1. *num.* 40. Dn. KRESS *de jure officiorum & officialium c.* 5. §. 8. & der Unterricht von Regierungs- und Juſtitz-Sachen, *Sect.* 3. *per tot.* Nec ea in controverſiam vocari, Principes ſapientes & juſti in malam partem accipiunt. Optime ſcribit LEIBNITIUS *Epiſt.* 59. *p.* 90.: Ein groſſer Herr iſt wol von ſo groſſer Weißheit, daß er die ſofort nicht vor Verräther ſeiner heiligen Perſohn halte, die in einen und andern über ihren juribus mit den Landes-Fürſten in Controverſien ſtehen. Die höchſte Potentaten laſſen die controverſias mit ihren eigenen ſubditis in dazu beſtelleten judiciis unterſuchen, und laſſen verſtändige Juſtitiarios darüber urtheilen. Daher denen Herren ſuggeriren wollen, daß ſie die oppoſitiones, ſo mit gebührenden

reſpect

reſpect geſchehen, und einigen Grund zu haben ſcheinen, vor Verrätherey halten ſollen, iſt dignum adulatore, der groſſe Herren zu violenten conſiliis verleiten wil, da nichts anders, als Böſes daraus entſtehen kan.

§. XXII.

(IIX.) In futurum res arduas ſucceſſores Principis non obligare, niſi ex decreto Ordinum provincialium, volunt nonnulli, Vid. *Conſilia Hallenſia Tom. 2. Lib. 2. n.* 11. & autumat BEYERVS *Diſſert. de Obligatione Succeſſoris Illuſtris* §. 42. expectantias ad caſum ſub regimine ſucceſſoris exiſtentem extendi haud poſſe, niſi Ordines populi concurrant. Mea ſententia, facta Anteceſſorum obſtringunt etiam ſucceſſorem ſingularem, ſi animo promovendi publicam utilitatem ſunt ſuſcepta. Conf. quæ dixi in dem Bericht vom Abmeyerungs-Recht *Cap.* 1. §. 3. Nec igitur dubitandum, pacta prædeceſſoris cum Ordinibus provincialibus inita etiam a ſucceſſore, licet cauſam ab eo non habente, ſervanda eſſe. Vid. Ill: Dn. de WERNHER *in Supplem. ad Part.* 5. *Obſ.* 161. p. 622. Ill: Dn. de LVDOLFF *Vol.* 1. *Symphor.* 1. *p.* 157. Dn. KEMMERICH *de Jure Collectarum provincialium* §. 13. Ubi vero ponitur, Principem tranſiliiſſe limites poteſtatis ſuæ, & citra juſtam cauſam per expectantias ſucceſſorum libertatem imminuiſſe, non aſſequor, qui Statuum conſenſus illis firmitatem dare poteſt, cum naturaliter nemo ex alterius facto teneatur, & ne quidem electus factum eligentium præſtare debeat. Conf. COCCEIVS *de Titulorum & Commendarum convenientia* §. 38. 39. Ergo non niſi in pactis vel obſervantia ſpeciali hoc jus Ordinum fundari poteſt. (IX.) Aſſerit STRYKIVS *Diſſ. de Statibus provincialibus Cap.* 4. *n.* 61., ſi extincta ſtirpe maſculina Principatus aut Comitatus ad filiam devolvatur, ſine Ordinum provincialium conſenſu & beneplacito eam nubere non poſſe, quia omni juri ſit conveniens, ut privatæ libidines utilitati publicæ ſubjiciantur. Aſt ſemper ſupereſt quæſtio, quæ publicæ utilitati congruant, nec ne? Id vero definire, imperantis eſt, in iis imperii negotiis, quæ non communicata Ordinibus. Obloqueretur experientiæ, qui univerſalem limitationem jurium ſuperioritatis vellet aſſerere. Ergo demonſtrandum eſt ab allegante jus Statuum impediendi

Digitized by Google

diendi matrimonia Principis, &, illa probatione deficiente, permittendum fœminis gubernacula imperii tenentibus ex ſua ſententia maritos quærere. (X.) In minori ætate Principis quidam ex Statuum provincialium Ordine tutoribus adjungi ſolent. Vid. RETHMEIER in der Braunſchweig-Lüneburgiſchen *Chronic p.* 1371. WISMANN *in Diſſ. ſub* Dn. LEYSERO *habita de Feudis Brunſvicenſibus & Luneburg. Cap.* 1. *Sect.* 2. *n.* 37. Quin olim tantam in Auſtria, Palatinatu aliisque provinciis hac parte Ordinum fuiſſe autoritatem, ut in illorum arbitrio fuerit poſitum, num regimen agnato concredere voluerint, an vero id ipſi gerere, tradit Dn. LUDEWIG in der Erläuterung der Güldenen Bulle *Tit.* 7. *§.* 4. *p.* 720. Non permiſerunt tamen patrui Meinhardi Comitis Tyrolenſis, ut in juventute gubernaretur a Baronibus & militibus. Vid. Andreas *Presbyter in Chronica Bavariæ apud Schilterum p.* 37., nec regulariter excluſis tutoribus teſtamentariis vel legitimis tutelam ſibi arrogare poſſunt Ordines provinciales. (XI.) Si libertatem ſubditorum ad ſuprema imperii Tribunalia provocandi Princeps reſtringere cupiat, conſultum eſt, ut det operam quo Status provinciales beneficio appellandi renuncient. Sunt notatu digna, quæ hac de re PUFENDORFIUS *Rer. Brandenb. Lib.* 19. *§.* 1. ſic refert: *Circa privilegium de non adpellando regerebatur* (a Miniſtris Cæſareis) - - *per ejusmodi privilegia Cæſaream autoritatem paulatim ita imminutam, ut ejusdem vix umbra adbuc ſuperſit. Ac ſi maxime Cæſar velit, Ordines provinciales repugnaturos, idemque Receſſui Imperii de Anno* 1654. *repugnare videri. Suadebant tamen qui Electori favebant, ſatius eſſe ab eo Ordines provinciales perſuaderi, ut ultro iſti beneficio renuncient. Ac ſi Elector incorrupte jus dici curet, eos ſatius habituros domi lites ſuas componere, quam Viennam aut Spiram magnis cum ſumtibus proficiſci.* An ſola ſubditorum renunciatio, deficiente privilegio Cæſareo, occludat viam ſuprema imperii dicaſteria appellaturis, hujus loci non eſt diſquirere. Denique (XII.) circa munera publica plerumque Ordinibus non levia jura competunt. Nonnulla ſunt conferenda eorum præſentatis, quibus utplurimum ex ærario provinciali ſalaria præbentur. Hi tamen non Statuum provincialium ſed ſolius Principis miniſtri ſunt, ab hoc ſolo conſtituuntur,

Digitized by Google

tur, & omnem poteſtatem accipiunt, quo referendi plerique Aſſeſſores dicaſteriorum, unde Henricus Dux Brunſvicenſis civitati Brunſvigæ declarabat, daß es zwar nicht der Landſchafft, ſondern Sr. Fürſtl. Gnaden Hof-Gericht, gleichwohl aber Er als der Landes-Fürſt, ſo omnimodam jurisdictionem merum & mixtum imperium hätte, nicht weniger als ſein Herr Vatter, das Hof-Gericht mit Beyſitzern aus der Landſchaſt zu beſetzen bemächtiget wäre. vid. RETHMEYERS Braunſchweig-Lüneburgiſche Chronic *p.* 936. Aliqui autem Officiales conſtituuntur ſimul a Principe & Statibus, ut Quæſtores & Adminiſtratores redituum publicorum, quoniam cura & adminiſtratio ærarii conjunctim eſt penes Principem atque Status.

§. XXIII.

Recenſitis potioribus Statuum provincialium juribus, tangenda videtur quæſtio: Num illa derogent plenitudini poteſtatis Principum majeſtati analogæ, & eam reddant mancam, nec ne? Negativam tuetur PUFENDORFIUS *in Jur. Nat. & Gent. Lib.* 7. *Cap.* 6. §. 10. quia penes Ordines eſt tantum cognitio velut concomitans, non ex qua radicaliter vis imperii dependet, ſed quaſi a conditione ſine qua non. Eandem ſententiam amplectitur LYNCKERUS *Diſſert. de Plenitudine Summæ poteſtatis* §. 47. aſſerens, eſſentiam plenitudinis conſiſtere partim in ſummitate, quæ omnem dependentiam ab alio excludit, partim quoad latitudinem objecti in omnibus juribus ad eam requiſitis, in eo autem qui ſummum imperium exercet ſecundum pacta, deficere quidem poteſtatem abſolutam, non plenam, cum ad eſſentiam plenitudinis non requiratur, ut quis habeat illimitatam ac tyrannicam poteſtatem, ſed ſufficiat, ſi ei ſint omnes partes plenitudinis independenter. Vult etiam SCHILTERUS *Inſt. Jur. publ. Lib.* 4. *Tit. ult.* §. 9. Status provinciales non eſſe ſubjectum ſuperioritatis territorialis, ne quidem ex parte, quanquam eſt reſtricta ad conſultationem & conſenſum Statuum provincialium. Fatetur tamen plenam poteſtatem ſummam in regnis reſtrictis non eſſe penes unum per omnia, ſed partem ejus penes Ordines, atque docet HUBERUS *de Jure Civitatis Lib.* 1. *Sect.* 3. *Cap.* 5. *num.* 24. 27. tolli, aut potius communicari cum aliis

Digitized by Google

aliis ſummam poteſtatem, & quia communicatur, ideo tolli in Principe, ſi conſtitutum ſit, ut nihil poſſit in juribus imperandi maximis ſine adſenſu Ordinum; Quod ſi illud non in univerſum, ſed de certis capitibus ſtatutum fuerit, tum non tolli, ſed minui ſummam poteſtatem. Dicit etiam BERGERUS *Diſſert. de Donatione Principis* §. 5. illos Status coimperantes, quorum conſenſu ac beneplacito ad exercenda primaria majeſtatis jura opus eſt, adeo ut iſtis contradicentibus jura iſta regulariter in actum deduci nequeant; quod ſane de Statibus provincialibus ſæpius prædicari debet. Conf. Dn. GOEBEL *de Origine Juris venandi* §. 8. & MUNCHMAYR *in Jure publico Romano-Germanico Catholico Part.* 1. *Lib.* 3. *Cap.* 3. §. 32. *p.* 580., ubi ſuperioritatem territorialem diſtinguit in plenam & minus plenam. Mihi levis vel nullus in re ipſa, ſed potius in verbis diſſenſus & logomachia ſubeſſe videtur. Si enim per plenam ſuperioritatem facultatem intelligis omnes imperii partes, quamvis haud pro arbitrio, ſed aliquas inſigniores non niſi conſentientibus Ordinibus exercendi, quis illam negabit Principibus? Ubi vero plenum tibi idem ſignificat ac abſolutum, & (quod apte fieri poteſt) dicis plenam poteſtatem jus omnia ea pro arbitrio ſtatuendi, quæ ad finem Reipublicæ obtinendum Imperanti facere videntur, hæc ſane Statibus imperii nullatenus tribui poteſt.

§. XXIV.

In Comitiis provincialibus ſeſe Ordinum libertatem præcipue exercere ſupra §. 5. dixi. De illis ergo quædam addenda. Jus ea indicendi eſt penes Dominum territorialem. Licet autem Ordinibus etiam non convocatis, neceſſitate id exigente, conventus agere. Cautum *Receſſu provinciali Guelferbytano de* 1619: Da auch zum 38. der Löbl. Landſchaft Nothdurft hinführo erfordern thäte, daß ſie die darunter geſeſſene Stände in zugelaſſenen Fällen in Berathſchlagung des Landes Nothdurft vermöge hergebrachter alter Freyheit zuſammen beſcheiden müſſen, ſo ſoll ſolches zugelaſſen, und vor keine verbothene conventicula und conſpirationes gehalten werden; Et cum Ordines Auſtriæ quererentur de imminuta illa libertate anno 1621., reſponſum tulerunt: Wie ihnen die Land-

Täge

Täge und Zuſammenkünfte nicht verbothen, ſondern nur, daß Ihro Durchl. Stadthalter davon, auch die Puncte darüber ſie gehalten, wiſſe, zwar nur zur jetzigen Zeit, da es allenthalben noch in ſo gefährlichen unruhigen terminis bey denen bald unruhige ingenia entſtehen, auch bey denen getreueſten Unterthanen wieder ihren Willen allerhand ausführen mögten. Vid. Comes KHEVENHILLER *in Annal. Ferd. Tom.* 9. *p.* 1282. Confirmatio privilegiorum Ordinum Ducatus Bremenſis a Sueciæ Regina impertita *Art.* 3. ſic reſtrinxit illud jus: Solchen Land-Räthen ſoll zwarten vors dritte vergönnet ſeyn, der Erforderung nach ſich vor ſich zuſammen zu thuen, nicht aber ohne Vorwiſſen der Regierung, und daß deroſelbigen die Urſache ihrer Zuſammenkunſt vorhero richtig und umſtändlich eröffnet werde. Equidem Capitulatione Leopoldina Art. 3., Joſephina Art. 3. & Carolina Art. 5. cautum, es ſey nicht gut zu heiſſen noch zu zugeben, daß die Land-Stände in dergleichen (in cauſis nempe ærarium concernentibus) und anderen Sachen ohne der Landes-Fürſten Vorwiſſen und Verwilligung conventus anſtellen und halten. Sed inde non ſequitur, iis quoscunque conventus Principes interdicere poſſe. Qui vult finem, vult etiam media ad finem ducentia, & abſurdum eſt, legem ſervandæ civitati repertam ita interpretari, ut inde ejus interitus conſequatur. Vid. PALTHENIVS *Diſſ. de Dethroniſatione* §. 18. Dn. BARBEYRAC *ad Pufendorf de I. N. & G. Lib.* 7. *cap.* 6. §. 12. Volunt autem Imperator & Status Imperii ſarta tecta ſervare Ordinum provincialium jura quæſita, vid. *ſupra dicta* §. 8., nec ea citra injuriam tollere queunt. Ergo volunt etiam, ut Ordinibus permittatur, adhibere media iis ſervandis neceſſaria. Id vero fieri nequit, ſi impediuntur convenire, & de juribus tuendis conſilia agitare. Reſtringendæ igitur ſunt Capitulationes Cæſareæ ad conventus, in quibus deliberatur ſuper negotiis publicis conjunctim a Principe & Statibus provincialibus expediendis. Congrua eſt hæc interpretatio praxi Germaniæ, & injunxit anno 1681. Leopoldus Imperator Duci Mecklenburgico, die Ritter- und Landſchaft an denenjenigen Zuſammenkünften, welche ſie zu proſequirung ihres Rechtens gebührlich anſtellen, nicht zu hindern. Vid. Kurtzer Auszug einiger Kayſerlichen Allergnädigſter Verordnungen, welche in Sachen einer Löblichen Mecklenburgiſchen Ritter- und Land-

Digitized by Google

Landſchaft nach und nach ergangen *in Append. p.* 18. Quin anno 1724. Sacra Cæſarea Majeſtas improbavit ſubditis Statuum provincialium jure deſtitutis tales conventus eſſe inhibitos, atque juſſit Principem Schwartzburgo-Rudolſtadienſem, ſeine klagende Unterthanen an Vortragung ihrer Beſchwerden, deren Berathſchlagung, auch zu dieſem Ende nothdürſtigen Zuſammenkünften, und Erſammlung der erforderlichen Gelder, anders als bishero mannigfaltig in præjudicium der Allerhöchſten Kayſerl. jurisdiction an Seithen der Räthe, Bedienten und Beambten geſchehen, nec directe nec indirecte zu behindern. Vid. Merckwürdige Reichs-Hoff-Raths *Concluſa Part.* 2. *Concl.* 283. *p.* 427. 428.

§. XXV.

Ad comitia vocari ſolent, Clerus, Nobilitas, & Civitates. Rationi, quam Autor ſcripti: *Fautes des deux Cotes par Rapport à ce qui s' eſt paſſé depuis peu en Angletterre* in medium fert, cur Ordo civicus conventibus provincialibus Anglicis intereſt, mihi in pleriſque regionibus Germanicis etiam reliquorum Ordinum jus comparendi in comitiis hodie inniti videtur. Inquit *Præf. p.* 15. 16.: *Comme les beſoins publics alloient ſouvent au de là des revenus du Prince, & que le ſecours de ſoldats, que pouvoient conduire les Barons, n'étoit pas la ſeule choſe neceſſaire, on étoit ſouvent obligé d'avoir recours aux Bourgeois des Villes & aux Communautez, pour avoir des fonds dans le beſoin. Il étoit juſte, que dans un Pais libre le Peuple ſe taxât luimeme, & ne dependît point à l' egard de ces impoſitions, ni du Roi, ni des Seigneurs. Il étoit juſte auſſi, que ceux qui donnoient leur bien volontairement pour le bien de l' Etat, & qui devoient être gouverné par des Loix, euſſent le droit d'examiner celles qv'on vouloit établir, & en propoſaſſent d'autres, de la neceſſité deſquelles ils pouvoient mieux s' appercevoir, que ni le Roi, ni les Seigneurs. C'eſt ce qui donna lieu à ces Peuples d'etablir un Tiers Etat, ou une Aſſemblée de Notables choiſis, par chaque Ville, ou par chaque Communauté; & c' eſt la la ſource de ce qv' on appelle en Angletterre la Chambre des Communes.* Jus circa collectas eſt fundamentum plerorumque privilegiorum, quibus adhuc gaudent Status provinciales.

Illæ

Digitized by Google

Illæ ex prædiis & bonis præſertim immobilibus ſolvendæ ſunt. Hæc fere omnia ad Clerum, Nobilitatem & Cives pertinent. Ruſtici plerique jure conductitio agros colunt, & non ipſis, ſed proprietariis accepta ferenda tributa, quæ ex fundis præſtantur, ſupra §. 6. notavi. Cum vero haud imperari poterant pro arbitrio Principis, utique omnium illorum conſenſus impetrandus erat, penes quos eſt bonorum dominium, Cleri nempe, Nobilitatis atque civici Ordinis. In pleriſque ergo regionibus inter Status provinciales primum locum occupant Capitula & Cœnobia. In quibusdam tamen Episcopatibus ſolum Capitulum Cathedralis Eccleſiæ totum Clerum repræſentat, quod obſervantiæ vel pactis ſpecialibus tribuendum. Ni hæc excludant ignobiles nobilium prædiorum dominos, utique ſunt admittendi ad Comitia. Non minus enim illorum intereſt, quam nobilium ſalvam ſervari Rempublicam, & æque ſunt capaces juris comitiorum ac aliorum inſignium jurium, quæ prædiis nobilibus cohærere ſolent. Ceſſat etiam hodie ratio, cur olim a feudis nobilibus arcebantur, excluſio nempe ab equeſtri militia, quæ illos reddebat inhabiles equeſtria ſervitia domino directo debita præſtandi, cum hac ætate per ſubſtitutum ignobilem etiam vaſalli nobiles eam obligationem adimplere ſoleant. Conf. Dn. MENCKEN *de Juribus Civium Misniæ & Thuringiæ acquirendi feuda equeſtria* §. 17. 18. Non ſingulos cives, verum magiſtratus civitatum ubivis comparere in Comitiis, ſat notum eſt. In quibusdam regionibus raro Status viritim conveniunt, ſed tantum Deputati eorum, quorum concluſa obſtringunt totum corpus, ſi limites poteſtatis ſibi collatæ non excedunt.

§. XXVI.

Communibus fere gentium moribus obtinet, ut majoris collegii partis ſententia vincat diſſentientem minorem. Ergo etiam regulariter votorum pluralitati ſtandum in Comitiis provincialibus. Patitur autem hæc regula limitationes, quas tradunt KLOCK *de Contributionibus cap. 6. num.* 145. 147. 164. GRONOVIUS *ad Grotium de I. B. & P. Lib.* 2, *cap.* 5.

§. 17. *lit. b.* ENGELBRECHT *de Pluralitate Votorum* §. 38. COCCEIVS *de Eo quod juſtum eſt circa numerum ſuffragiorum Sect.* 1. §. 25. 35. BARBEYRAC *ad Puſendorf de I. N. & G. Lib.* 7. *cap.* 2. §. 15. Inprimis non licet pluribus citra publicam neceſſitatem vel utilitatem imminuere libertatem ac jura reliquorum, & recte ſcribit Dn. ab OSTERHAVSEN *Diſſ. de Jure ſingulorum a majori ſuffragiorum comitialium parte excepto Sect.* 1. §. 18. *lit. a. Ex ſcopo conſociationis & intentione coeuntium haud obſcure colligendum videtur, quod quisque in tantum a jure ſuo duntaxat receſſerit, in quantum communis utilitas, quæ hic omne punctum abſolvit, id poſtulat. Et ſane iniquiſſimum foret, leges ſocietatis membris præſcribere, & libertatem eorum reſtringere, ubi nulla neceſſitas aut utilitas Reipublicæ id exigit. Unde hactenus jura naturalis libertatis civibus etiam in ſocietate civili ipſo jure integra manſiſſe cenſendum.* Sed quid ſi dubium oritur, an negotium ſuffragiis majoris partis ſubjaceat nec ne? Reſpondet Dn. ab OSTERHAVSEN *d. l.* §. 20., hoc non niſi communi Reipublicæ ſententia definiri poſſe, & ſic majori ſuffragantium parti in tali ſententia dicenda eſſe locum. Ita vero contradictionis ſingulorum vix ullus erit effectus, quoniam ſemper plures obtendent, vota ſua publicæ ſaluti eſſe congrua. In Germania ſuppetunt judices, qui has lites poſſunt terminare. Illorum igitur deciſioni committendæ ſunt, non vero qui Conſtatus votorum pluralitate vincunt, in propria cauſa ſibi judicium arrogare poſſunt.

§. XXVII.

In regionibus, ubi curiata ferunt ſuffragia Status, & dantur duæ vel quatuor curiæ, non raro extant vota paria. Eo caſu nonnulli decidendi jus tribuunt Dominis territorialibus, quibus adſtipulari non poſſum. Pono Principem conſenſu voluntario Statuum indigere. Hic non adeſt ſine placito collegii. Deficit autem placitum, quando ex duobus ſuffragantibus unus conſentit, alter vero diſſentit, quoniam ubi vota ſunt paria, nihil agitur, ſed prior rei ſtatus manere debet. Vid. GROTIVS *de I. B. & P. Lib.* 2. *cap.* 5. §. 18. PVFENDORF *de I. N.*

Digitized by Google

le *I. N. & G. Lib.* 7. *c.* 2. §. 17. COCCEIVS *d. l. Sect.* 2. §. 10. NGELBRECHT *d. l.* §. 26. HVBER *de Jure Civitatis Lib.* 3. *Sect.* 2. *cap.* 6. *n.* 3. GRIEBNER *Princip. Jur. Nat. Lib.* 2. . 190. Sententia Principis in computationem venire nequit, quia non eſt membrum collegii, & cum ſit quæſtio de re voluntaria judicialem deciſionem haud admittente, nec qua judices authoritatem ſuam interponere poſſunt imperantes. Quæ MYLER *de Principibus & Statibus Imperii cap.* 15. §. 28. 29. COCCEIVS *Juris publ. prud. cap.* 20. §. 37. SCHWEDER *Juris publ. Part. ſpec. Sect.* 1. *cap.* 30. §. 17. TITIVS *Specim. Juris publ. Lib.* 6. *cap.* 4. §. 61. BRVNNEMANN *Jurisprud. publ. Diſſ.* 10. §. 14 HOMBERGK *Juris publ. cap.* 23. §. 17. Dn. STRVV *S. I. P. cap.* 22. §. 27. de jure Cæſaris Collegiis Imperii inter ſe contendentibus tradunt, ea hic quoque locum inveniunt, & ſolido fundamento nititur Ill. Dn. de LVDOLFF ſequens deciſio *Vol.* 1. *Symphor.* 1. *Conſul.* 6. *p.* 158. *Quacunque ratione paritas extiterit, tamen ego non puto, deciſionem eſſe Principis in materia, ubi cum conſenſu Statuum res agi debet, ut potius nihil concludi per paria vota exiſtimem, neque a Principe decidi poſſe. Facile enim erit Principi paritatem votorum vel veram vel fictam invenire ad occupandum ſemper jus decidendi.* Inde exprobrabat anno 1669. Rev. Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Hildeſienſis Nobilitati ac Civitatibus, daß ſie ſich von ihnen ſepariret, und contra omne concluſum Imperii & circuli der Fürſtl. Regierung petitis eingewilliget, ihnen ſelber und der gantzen poſterität den nachtheiligen Eingang gemachet, daß von der Fürſtl. Regierung nunmehr behauptet werden will, daß der Gnädigſte Landes-Fürſt zweyen Ständen per votum deciſivum beyfallen, und dergeſtalt collectas extra concluſum Imperii & circuli ausſchreiben könte. Sed hæ reſpondebant: Wiewohl ab dem, daß wir unſere zwey vota abgegeben, nicht folget, daß der Gnädigſte Landes-Fürſt deswegen verbunden geweſen, oder Macht erlanget, dasjenige von E. Hochw. Thum-Capitul zu exequiren, was daſſelbe nicht verwilliget, bevorab wann die geſonnene Anlage, wie dafür gehalten werden will, weder vom Reich noch dem Crayſſe beſchloſſen, oder ſonſten eine collecta neceſſaria ge-

weſen wäre, welchenfalls die majora nicht einſten ſtatt finden mögen, maſſen in allgemeinen Rechten, und inſonderheit dem Nieder-Sächſiſchen Crayß-Abſchied de anno 1652. zu Lüneburg gehalten, §. Als nun diejenige ꝛc. ꝛc. mit mehren reſolviret und enthalten. Æquitatem Rev. ac Sereniſſ. Electoris Colonienſis & Epiſcopi Hildeſienſis Clementis Auguſti non permiſiſſe, ut orta tali votorum paritate jus decidendi exerceret, ex Dn. MOSERI Vermiſchten Schriften *p.* 344. 345. patet. Cæterum facile largior, in iis negotiis, quæ & Principis & Ordinum conſenſum voluntarium deſiderant, horum concluſa eam vim voti deciſivi minime habere, ut a Principe diſſentiente ſint executioni danda. Conf. WILDVOGEL *Reſp.* 203. *num.* 11. BRENNEISEN in der Oſt-Frieſiſchen Hiſtorie und Landes-Verfaſſung *Tom.* 1. *Lib.* 1. *cap.* 9. *Part.* 5. §. 33. *p.* 178. 179., quin potius, quando huic diſplicent, quæ placent illis, nil agitur, & res manet in priſtino ſtatu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google